


6
2-a
22
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
2 G
47
6.2.a.22

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible]

N. XIX.
U. 2.

Digitized by Google



GRAMMATICÆ CHALDÆO-SYRIACÆ

Libri Duo;

Cum triplici Appendice, Chaldæa, Syra, & Rabbinica;

Conscripti

A

JOH. HENRICO HOTTINGERO, Tigurino.



TIGURI

Typis JOHANNIS JACOBI BODMERI.

M DC LII.

Nobilissimis, Amplissimis, Experientissimis, Prudentissimísque Reipublicæ Sangallensis proceribus,

DN. DAVIDI CUNTZIO, Consuli.
DN. GEORGIO ZUICKERO, Quæstori.
DN. BARTHOLOMÆO SCHOBINGERO, M.D. Senatori.
DN. HECTORI ZOLLIKOFERO, M.D. Archigrammateo.

Reverendis item, & Clarissimis Ecclesiæ ejusdem Pastoribus.

DN. JACOBO HOFMANNO, Dec.
DN CHRISTOPHORO MITTELHOLZERO.
DN. HERMANNO FINSTERLING.
DN. LEONHARDO SCHOPFERO.
DN. BARTHOLOMÆO VVÆGELINO.

Grammaticam hanc
offert & inscribit
JOH. HENRICUS HOTTINGERUS,
Professor.

Epiſtola dedicatoria.

AMbit, Viri *Ampliſſimi, Nobiliſſimi*; *Reverendi* item & *Clariſſimi*, tener hic atq; infirmus fœtus; pro more; patrocinium. Prodit autem ſub Nominis Veſtri auſpicio *Grammatica Syro-Chaldæa*, in Scholæ potiſſimùm noſtræ uſum, Erotematibus Hebræis *συμβιβασθεῖσα*, adornata & conſcripta. Προσφωνήσεως hujus multas enarrare cauſas nihil attinet. Præcedaneorum me Seculorum conſuetudine tueri poſſem, & exemplo eorum, qui cùm non debuiſſent, ſua ſatis ſuffulti authoritate, nihil tamen lucubrationum, niſi Męcenatum umbone munitum, cancellis ſuis emiſerunt aut forulis. Sed *οἰκεῖα* ſunt, quæ animũ mihi ad idem cum aliis audendum addiderunt. Nôſtis ipſi, haud vulgarem Veſtrum in me eſſe amorem: neque obſcura ſingularis benevolentiæ apud me depoſita pignora. Id unum poſteritati commendâſſe ſatis ſit, toto octennio & quod excurrit, non

 alum-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE





alumnos modò Ecclesiæ, sed & cæteros plerosque urbis Vestræ studiosos, vel curæ meæ domesticæ, vel institutioni publicæ, vel utrique commissos fuisse. Colligere hinc facilè potui; non me planè εἰς κενὸν κεκοπιακέναι, nec conatus Vobis meos displicuisse, aut improbatos fuisse. Et sanè, quod præfiscinè dixerim, plantationem nostram & rigationem ea, ὁ αὐξάνων, benedictione fuit prosecutus, ut spes, quam multi præclaram, de se excitârunt, Ecclesiam Scholámq; Vestram, totamq; adeò patriam minimè sit frustrata. Ut igitur aliquod saltem ἀντέρωτος extaret monumentum publicum, hanc Nomini Vestro inscribere placuit Grammaticam. Non Apocham habetis, sed Syngrapham tantùm. Vos, ut soletis, serena fronte eam excipite. Materiæ tenuitatem excusarem, nisi alii jam viri παντὸς φθόνου κρείττονες, hac mihi via præivissent, & maximorum inter suos Herorum memoriam hoc scribendi genere æternitati consecrâssent. Nolo exemplis agere, ne Soli videar lucem mutuare. Vide-



debant enim, non nugas eſſe,aut deliramenta,imò nec parva,ſine quibus majora nunquam impetrantur. Quem uſum in Theologorum Scholis habeat Lingua Chaldaica, nemo ignorat, niſi qui cum ignariſſimis juxta neſcit, non contemnendam Veteris Teſtamenti partem ea ipſa eſſe exaratam. Unde veteres Judæi in *Bereſchit rabba*, Sect. 74. אל יהא לשון סורסי הזה קל בעיניך שבתורה בנביאים בכתובים מצינו שהקב״ה חולק לו כבוד בתורה וכו׳ *Ne ſit Lingua Syriaca* (vel Chaldaica) *vilis in oculis tuis, quia in Lege, in Prophetis, in Hagiographis invenimus, quòd DEUS ſanctus & benedictus impertiatur ei honorem*; In Lege, &c. *Gen.* 31. v. 47. In Prophetis, *Jerem.* c. 10. v. 11. In Hagiographis, *Dan.* c. 2. â v. 4. ad. c. 8. *Eſræ* c. 4. verſu 8. ad v. 26. capitis ſeptimi. De Lingua Syriaca quis vel χυδαίως ſentiat, vel, quibus poteſt compendiis, eam non promoveat? Chriſtiana illa eſt, Chriſto vernacula, Antiochiæ, quæ Chriſtianorum nobis Nomenclaturã dedit, digna, ut pia credit

antiquitas, judicata, cujus beneficio Syris etiam Authenticæ Novi Testamenti tabulæ Græco Idiomate consignatæ, innotescerent. Sed notiora hæc Viri; *Amplissimi, Nobilissimi*; *Reverendi* & *Clarissimi*; Vobis sunt, quàm quæ prolixam à me requirant tractationem. Paucis monebo, quid hac mea opella potissimùm velim.

Ex quo mihi tempore Orientales docendi Linguas commissa est provincia, solicitus semper fui, de Grammatica quatuor Linguarum Harmonica, studiosis nostris tradenda. Didici, longo satis usu, tantam Linguarum Hebrææ, Chaldææ, Syræ & Arabicæ esse γειτνίασιν, atq; affinitatem, ut de una eadêmq; fidelia quatuor facile dealbari possent parietes. Adornavi igitur breve in usum privatum Systema quatuor Linguarũ Harmonicum, quod & prelo; amicorũ hortatu; pridem subjecissem, nisi spes Characterum, Syrorum & Arabicorum genuinorum, quos in Typographia hactenus nostrá desideravimus, impetum meum sufflaminâsset. Incidi interea in Grammaticam Syro-Chaldæam,

dæam, Celeberrimi illius Linguarum Orientalium Restauratoris, *Thomæ Erpenij*, Hebræis etiam ubique excusam characteribus, cujus Præfatio, à Nobiliss. & meritissimo Leidensium Theologo, *Constantino L'Empereur*, omnem mihi mox, & exemit scrupulum, & ademit moram. *Exhibeo*, (scribit magnus ille Vir) *tibi M. Thomæ Erpenii Grammaticam Syram ac Chaldæam, eámque literis Hebræis (i.e. quibus Hebræa excudi jam moris est) ab ipso authore conscriptam, istasq; literas præ Syris adhibere maluit. Sanè cùm arctissimam utriusq; Linguæ convenientiam secum expenderet, vel etiam Chaldæam cum Syra eandem esse sibi persuasum haberet, Chaldæosq; Veteris Testamenti libros illis literis excusos esse; meritò iisdem, quæ ad Syriasmum pertinent, exarare voluit: præsertim cùm Novum etiam Testamentum Syrum Hebræis literis excusum habeamus. Accedit cum utriusque Linguæ inter se ac cum Hebræa convenientiam perspiciendi, facilitas, si utraque iisdem scribatur characteribus; tum ex eo fonte promanans expeditior di-*

ſcendi, ac docendi via, ubi qui Hebrææ Linguæ ignari ſunt, oculis ac auribus tantùm illarum linguarum cum Hebræa cognationem perluſtrant. Tanti ergò viri exemplo atque authoritate excitatus, malui tandem tot amicorum ἐργοδιωκτῶν, parere monitis, quàm longiore mora vota eorum & deſideria ſuſpenſa tenere. Acceſſit publici muneris ratio, qua ſtudioſos noſtros tædioſo transſcribendi labore ſublevatum ivimus. Neque verò hoc tantùm loco *Erpenium* præeuntem habere juvabat. Lectionem etiam, quæ recentiorum Syrorum authoritate perplexa nimis reddebatur & intricata, ex vocalium quarundam affectata, & ab Arabibus mutuata κολοβώσει, reſtituere illi placuit ad eundem ferè modum, quem preceptis noſtris tradidimus. *Cæterùm*, inquit Cl. D. L'Emper. loc. cit. *puncta vocalia* ', ו, *&* ו *quæ in Syriaſmo ex ſententia quorundam doctiſſimorum virorum otiari multis locis aſſolent, cùm ea author propria manu aſcripſiſſet, negligere non fui auſus, cùm authorem commemoratæ ſententiæ non fuiſſe igna-*

gnarum, è pag. 13. *constet manifestissimè, utpote qui cum ipsis Syris aliquoties loquutus fuerit. Verùm quidem est* i, u, *&* a, *ultimas vocum vocales cum* ܝ, ܘ, *&* ܐ, *passim in Affixis & Verbis distinctè ac manifestè non audiri, attamen nullum omnino edere sonum, saltem* i, *in Affixis, &* a, *in Verbis, Masius (& ipse à Syro Præceptore, cujus peritiam alicubi laudat, institutus) in genere non asseverat. Sed enim quandoquidem ista lingua arctis limitibus conclusa non fuit, evenit fortassis ut diversa diversis locis pronunciatio obtinuerit, prout in Arabismo videre licet.* Legantur etiam sequentia. Imò, vix dubito, quin Syri, ut multa alia, hanc, ultimas quasdam absorbendi vocales, consuetudinem mutuârint ab Arabibus, quibus non modò Eliph unionis, sed & Nunnatio ferè ubique *ἄφωνος* est. His igitur invitatus prodromis, audacior, in revocanda lectione Syriaca ad primos fontes esse potui.

Ex *Arabismo* ea subinde inspersi in quibus Harmonia cum reliquis Linguis & facilis est, & cuilibet ubique obvia.

Characteres, quos singularis Typographi nostri solertia brevi nobis pollicetur, ubi accesserint Arabici, insigniter, ut ex specimine ominari jam licet, politi, nihil obstabit, quò minùs vel majori quoque Systemati Harmonico colophonem imponamus, vel ad pleniorem Arabicæ Grammaticæ editionem, nos accingamus. in qua, præter Methodi facilitatem, cujus aliquot in hoc compendio vestigia apparere confido, Arabum quoque ipsorum, *Muhammedis* præsertim, filii *Ahmedis, Hasanei (prolixum enim & eruditum ejus*; verbis utor *Erpenij*; *in Grammaticam Giarumiam Commentarium* Msc. ab Amplissimis & Clarissimis Bibliothecæ Genevensis Curatoribus, parario magno illo amico nostro, D. *Antonio Legero*, post *Erpenium* ad tempus obtinui,) terminos expendere dabitur & examinare.

Hac vice extra Chaldæam & Syriam pedem efferre noluimus, nisi finium fortè contiguitas, ut diximus, eò nos nonnunquam abripuerit. Satis sit, quòd superiori nobis Seculo, ne ipse quidem Rab-

bino-

binorum Phœnix, Elias Germanus, polliceri fuisset ausus, non Chaldaicam modò; sed & Syriacam Linguam in tam arctos cogi posse cancellos. Et, ne quæ temporis nostri est injuria, ipso libelli frontispicio, quasi Grammaticarum satis esset, multi terrerentur, appendices addere visum fuit, quæ non modò Linguarum studiosis, sed & rerum curiosis investigatoribus salivam movere possent. Constitueram quidem in Lectionis Rabbinicæ subsidium τεχνολογίαν subnectere Hebræam, quâ omnes Hebræorum termini, secundùm locos communes Theologicos dispositi, exprimerentur. Speciminis loco Caput I. de *Deo, Nominibus Dei, Essentia, Trinitate & attributis*, subjicere placet.

NOMINA DEI Hebræi vocant אזכרות i.e. *μνημόσυνα*, vel *memoracula*, quæ vel sunt עצמיות ESSENTIALIA, ut *a.* יהוה *Jehova*, vel, ut mihi legendum videtur, *Jeheveh*, quod aliâs dicitur שם של ארבע אותיות vel שם בן ארבע אותיות *Nomen quatuor literarum.* 2. שם המיוחד *Nomen proprium.* 3. שם הנכבד *Nomen gloriosum.* 4. שם

4. שם הנורא *Nomen terribile.* 5. שם הגדול *Nomen magnum.* 6. שם המפורש *Nomen expositum.* 7. שם הויה vel שם עצם *Nomen Substantiale*, vel, *Essentiale.* *b.* יה *Jah.* *c.* אהיה *ero.* Vel; כנוים *seu* COGNOMINA, sive NOMINA FORMÆ, quæ rursus sunt A. vel ἔγγραφα, ut אלהאלהים σέβασμα, *numen.* 2. שדי *potens, vastator.* 3. אל *Fortis.* 4. ארוני *Basis; Judex, Dominus.* 5. עליון *Excelsus.* 6. אלהי צבאות *Deus exercituum.* B. vel ἄγραφα, ut *a.* גבורה *Potentia.* 2. שם *Nomen.* 3. עקר *Fundamentum.* 4. מקום *Locus.* 5. רחמנא *Misericors.* 6. שמים *Cœli.* 7. רבונא של עולם vel רבון כל העולמים *Dominus mundi, vel æternitatum.* 8. עלת העלות *Causa causarum.* 9. הכבוד *Gloria.* 10. צור *Petra.* 11. שם יי *Nomen Domini.* 12. שם של יב׳ אותיות *Nomen duodecim literarum.* 13. שם של מב׳ אותיות *Nomen* 42. *literarum.* Vel KABBALISTICA, ut אכתריאל *Actariel*, & אגלא *Agla.* *Essentiam* autem appellant עצם, & *Existentiam* מציאות, *unitatem* יחוד, *dualitatem* שניות, *Trinitatem* שלוש, TRES PERSONAS שלשה גופים *tria corpora*, suntque

אב

אב *Pater*, בן *Filius*, רוח הקרש *Spiritus ſanctus*, qui & רוח הנבואה *Spiritus Prophetiæ* dicitur. MAIESTATEM DIVINAM nuncupant שכינה *σκήνωσιν*, *habitationem*, revelationem illius Majeſtatis, גלוי השכינה. ATTRIBUTA DEI Hebr. appellant תוארי אלהים, *attributa Eſſentialia* תוארים עצמיים, aliâs מרות אלהים *proprietates Dei*, quas diſtinguunt in מעשיות *practicas*, טפליות *acceſſorias*, & שולליות, quæ & תוארי השלילח, *negativas*, quibus opponuntur תוארי החיוב *attributa affirmativa*. Hac, inquam, ſerie totam percurrere breviter Theologiam & volupe fuiſſet, & utile, niſi ſola nobis brevitas compendioſiorem, quam etiam calcavimus, oſtendiſſet viam.

Ex *Chaldaiſmo* nihil excerpere commodiùs potui, quàm ipſa illa pro Jeſu Nazareno, Meſſia & Servatore Mundi, loca, quæ, niſi Majorum obſtaret authoritas, pertinaciſſimi Seculi noſtri verpuli manibus libenter noſtris & mentibus excuterent. Noſtros enim ipſos Paraphraſtas in hac ſæpiſſimè controverſia eſſe (rumpantur ut ilia apellæ) juventuti ſacris

cris destinatæ studiis monstrandum erat.

Ex *Syriasmi* laticibus quid propinare potissimùm vellem, dubius meritó hæsi. Difficilis erat optio, præstaret ne ex accurato illo Lexico Syro-Arabico, viri celeberrimi, *Isa, bar Ali*, quod sua aliquando manu, *Josephus Scaliger* ad literam ferè D. descripserat, difficiliorum vocum explicationem; an ex בית גזא Γαζοφυλακίῳ, quod, doctissimus, fidelissimusque Ecclesiæ & Scholę vestrę Minister, D. CHRISTIANUS HUBERUS, dum mecum hospitaretur, tersissimè in usum meum transscripserat, loca aliquot depromere Theologica, quibus non cōtemnendam Ecclesiarum Syriacarum cum nostris, in præcipuis fidei articulis ostendere harmoniam, fuisset proclive. Sed ne sic fortè scopum præfixum feliciter feriissem. Ut tyronum potissimùm haberetur ratio, ad N.T. oculos mentis conjeci, loca quędam excerpsi, & ne facilia tantùm & obvia ubique sectari viderer, locorum & vocabulorū, hactenus sub judice relictorum, examen tentavi, nec, fortassis, ducibus &

comi-

comitibus Syris ipsis, infeliciter. Cætera, אין שא אללה suo etiam loco & tempore sequentur. Vos intera, Viri *Amplissimi, Nobilissimi, Reverendi* item & *Clarissimi*; Patriæ Patres, Ecclesiæ Doctores & Nutritii, Scholarum Præsides, studiorum, studiosorúmque Vestrorum Mæcenates, felices & incolumes esse, benevolentiáque me Vestra & amicitia porrò dignum æstimare, pergite. Dabam Tiguri, 10. Julii, qui, præcedentis mensis, dies, urbi nostræ, & miserabilis fuit, & mirabilis: Anno toti Helvetiæ; ex fatali Magnorum aliquot in ea Virorum, literariæ etiam Reipub. procerum, singulariumq; conatuum meorum fautorum, obitu; luctuoso, qui quinquagesimus secundus est, supra millesimum, sexcentesimum.

Amplissimo, Nobilissimóque,
Reverendo item & Clarissimo
Nomini Vestro
Addictissimus
JOH. HENRICUS HOTTINGERUS,
Professor.

JOHANNES HEINRICUS HOTTINGERUS

ἀναγραμματισθεὶς:

Nónne hic ſerius inveſtigator?

S*Erius hic inveſtigator nónne* vocandus
Hottingeriades, Phœbi clariſſimus Heros?
Omnia Linguarum ceu qui penetralia novit;
Novit? Acuta dedit ſolidis myſteria Libris:
Et ſimul hiſtorias, ſummo Artis acumine, cæcis
Eripuit tenebris, & amæna luce beavit:
Denique; quod caput eſt; æternæ Sacra ſalutis
Jam priùs ex adytis immenſo protulit orbi:
Nec modò; quod poterat; ſecurâ mente quieſcit,
Plura ſed hæc animi μελετήματα ſedulus offert;
Omnia ſic adeò cultæ ſecreta Minervæ,
Quæ philo-cunque-ſophis inveſtiganda, revelat.
Serius hic inveſtigator nónne vocandus
Hottingeriades, Phœbi Clariſſimus Heros?

Obſervantiæ, & amoris ergò
appoſuit
IOH. IACOBVS RVEGGIVS, Tigurinus,
Eccleſiæ Rheguſco-Marpachenſis in Evangelio Chriſti Miniſter.

INTRODUCTIO
Ad
GRAMMATICAM
CHALDÆO-SYRIAcam.

Quid sentis, estne futuro Theologo Linguarum Chaldææ & Syriacæ notitia necessaria?

Cognitio Linguarum Chaldææ & Syriacæ Theologo futuro adeò necessaria est, ut absque his nec Vetus Testamentum solidè intelligere ille possit, nec Novum.

Unde hoc probas?

Duabus potissimùm rationibus, quarum una ex ipso petita est Textu sacro; altera verò à Paraphrasibus.

Quomodo necessitatem hujus studii ex ipso probas Contextu?

Necessitàs studii hujus ex ipso contextu hinc elucet, quia non modò (*a*) aliqua V.T. pars stylo *Chaldaico* est exarata; sed etiam in (*b*) Novo multæ hinc inde oc-

currunt voces, quarum intelligentia, ex ſolius Linguæ *Syriacæ* uſu & notitia dependet.

(a) Ut ſunt 1. *in* Lege *Geneſ.c.*31.*v.*47. 2. *In* Prophetis *Ieremiæ c.*10.*v.*11. *Danielis c.*2.*à v.*4.*ad c.* 8. *Eſræ c.*4.*à v.*8.*ad c.*7.*v.*27.

(b) Cujusmodi ſunt 1. *Matth.*27.*v.*46. σαβαχθανὶ, *Syr.* שְׁבַקְתַּנִי Deſeruiſti me. *Marci* 7.*v.*11. κορβᾶν, קוּרְבָּנָא munus, oblatio. *Matth.*16.*v.*17. βὰρ Ἰωνᾶ, בַּר יוֹנָא filius Jonæ. *Marci* 3.*v.*17. βοανεργὲς, בְּנֵי רְגֵשׁ filii tonitrui. *Luc.*3.*v.*17. μαμωνᾶ, מָמוֹנָא opes. *Marci* 5.*v.*41. ταλιθὰ κῦμι, טְלִיתָא קוּמִי puella ſurge. *Act.*5.*v.*1. Σαπφείρη, שְׁפִירָא pulchra. *Act.c.*9.*v.*36. ταβιθὰ טְבִיתָא, δορκὰς, caprea. *Ioh.*1.*v.*43. κηφᾶς כֵּאפָא, petra. *Marci* 14.*v.*33 *Rom.*8.*v.*14. Ἀββᾶ, אַבָּא pater. *Act. c.*1.*v.*19. Ἀκέλδαμα, חֲקַל דְּמָא χωρίον αἵματος, ager ſanguinis. 1.*Cor.*16.*v.*22. μαρὰν ἀθὰ, מָרַן אָתָא Dominus noſter venit. *Ipſum denique nomen* Ἰησοῦς *Syriacum eſt, ibi enim dicitur* יֵשׁוּע, Σωτὴρ, Servator.

De uſu translationum Chaldaicarum, Veteris, & Syriacę, Novi Teſtamenti nihil addemus, ut vel ſolius contextus Sacri exa-

xamen, utriusque Linguæ studium satis commendare nobis posse, pateat. *Videatur interim* Thesaurus *noster* Philologicus *l.*1.*c.*3.*S.*1.*&* 2.

GRAMMATICÆ CHALDÆO-SYRIACÆ
Liber primus, DE ETYMOLOGIA.

CAPUT I.
DE CONSONANTIBUS.

Quot partibus Grammatica hæc absolvitur?

Duabus: Etymologia & Syntaxi.

Etymologiæ quot sunt partes?

Duæ: Elementa & partes orationis.

Elementa quomodo distinguuntur?

In Literas & Puncta.

Quot veniunt circa Literas observanda?

Sex: I. Numerus. II. Figura. III. Officium. IV. Motio. V. Secundum Organa distinctio. VI. Pronunciatio.

I. NUMERUS.

Quot habent Chaldæi & Syri literas?

Viginti duas; easque omnes Consonas.

Totidem habent Arabes, eadem serie ponendas. Quod enim 28. alii numerant, inde fit, quòd literas ח צ ע ט ד punctis supernè hoc modo ח̇ צ̇ ע̇ ט̇ ד̇ notatas, à reliquis re ipsa faciant diversas, cùm aliud discrimen non intercedat, quàm quod occurrit inter literas Begadcephat Raphatas, & Dages leni insignitas.

II. FIGURA.

Quotuplex est literarum Alphabeticarum Figura?

Duplex utrobique: *Chaldæi* enim veterem *(a)* habent & novam: *Syri* usitatam *(b)* & inusitatam.

(a) De Veteri *nihil certi habemus. Sunt, qui* Samaritanas *fuisse volunt; alii* Æthiopicas. *Nos* ἐπέχομεν. *Facta aliquando spes fuit librorum & charactere, & lingua veteri Chaldæorum scriptorum Cl. D.* Golio *nostro.*

No-

Nova *occurrit in Daniele, Esra, & Paraphrasibus.* Eandem distinctionem Arabes retinent. *Vetus* autem Character *Cuficus* dici solet, de quo *Thesaur. Philol.*p.402. *Recentior* authorem habet *Iben-Mokli*, de quo *Elmac. Hist. Sarac.*p:205. Estque septiformis, *Erpen. Grammat.*p.4.

(b) Quæ ubique obvia est, in libris tum impressis, tum Msc.

(c) Estq; vel grandis, Estrangola *dicta, plerunque in librorum frontispiciis conspicua* : vel *exilis,* titulis librorum, vel capitum summariis adhiberi solita.

Schema characterum Chaldæorum *addere nihil attinet: coincidunt enim cum Hebraicis* : Syriacos *verò exprimere suis notis hac vice non datur.* Rectè etiam, & memoriæ consultissimum faciunt, qui eadem serie Alphabethi Arab. literas disponunt, tum quòd veteres Arabes, Ægyptiaci & Asiatici, exemplo suo præiverint; tum quòd in numeris idem ordo retineatur.

III. Officium.

Quotuplex est harum literarum Officium?

Duplex: Grammaticum & Arithmeticum.

Quomodo ratione officii Grammatici dividuntur?

In *serviles* duodecim, quæ his vocibus comprehenduntur מוֹשֶׁא דִכְתַב הָלֵין *Moses, qui hæc scripsit*: & *radicales* decem reliquas.

Arabes planè cum urtisque faciunt, nisi quòd servilibus pro ד addant פ, & pro ש, ס, ut. פַמוּסַי כְתַב לַהְנָא

Quotuplex est officium earum Arithmeticum?

Quadruplex: Exprimuntur enim iis numeri 1. (*a*) Monadici. 2. Denarii. 3. Centenarii. 4. Millenarii.

(*a*) *Eadem hîc ratio est, quæ apud Hebræos, nisi quòd* Syri *pro* 15 *ponant* יה, *secus quàm fit apud Hebræos, qui vel religione ducti, vel superstitione, à duabus illis literis in numerando abstinent. In denariis etiam quibusdam, centenariis & millenariis à* Syris *aliqua observatur differentia*, de qua *Ludovicus de Dieu*, Gramm. l. 1. p. 13. 14.

Arabes ab Hebræorum, Chaldæorum & Syrorum consuetudine nihil recedunt; crebriùs tamen Zifris suis utuntur, quas mutuârunt ab Indis, Europæi verò ab Arabibus.

IV. Mo-

IV. MOTIO.

Quænam est literarum, respectu Motionis, divisio?

Motionis respectu literæ dividuntur in (*a*) *quiescentes*; & (*b*) *mobiles*.

(*a*) *Chal.* אהוי *Syr.* & *Arab.* אוי

(*b*) *Reliquæ omnes: De officio earum videantur* Erotem. nostra p. 10.

V. SECUNDÙM ORGANA DISTINCTIO.

In quot tandem ordines, juxta pronunciationis organa, literæ distribuuntur?

In quinque ordines, secundùm quos literæ aliæ sunt;

1. Labiales בומף
2. Palatinæ גיכק
3. Linguales דטלנת
4. Dentales זסשרץ
5. Gutturales אחהע

Eandem distinctionem reperies apud Arabes.

VI. PRONUNCIATIO.

Quomodo literæ pronunciationis respectu dividuntur?

Pronunciationis respectu literæ sunt

 vel

vel immutabiles, quæ suum semper in pronunciatione naturalem sonum & potestatem retinent; vel (*a*) mutabiles, quæ potestatem suam cum aliis literis permutant.

(*a*) *Cujusmodi* apud Syros *sunt literæ* ע.י.ו.א. א enim, *præcedente, vel sequente alio* א. *pronunciatur ut jud, ut* אָאַר ojar, *aër. Ita in participio Benoni verborum quiesc.* Vau, *ut* קָאֵם Kojem, *stans.*

י. *initio dictionis notatum vocali* (ִ) *non pronunciatur ut j consonans, sed ut Chirek longum apud Hebræos, ut* יְתֵב Jthef, *sedit.* ע *sequente* ה *pronunciatur ut Olaph*, *ut* עוּהְדָנָא uhdono, *commemoratio.*

Cujusmodi literas mutabiles plures habent Arabes, præsertim ן. quæ 1. ante literas לומיר Tesdidatas, id est, Dages forti notatas, in earundem sonum, in pronunciatione cõvertitur, E G. מִן רַבּ *à Domino*, legitur *Mirrabbi*, non *minrabbi*, &c. 2. ante literam ב effertur ut מ, idque vel in eadem dictione, ut עַנְבַּר *Ambaron*; vel in diversis, ut מִן בַּיְת *Mimbeitin*, &c. Planè ut Græci dicunt ἐμπλέκω, pro ἐνπλέκω, & Latini *imbibo*, pro *inbibo*. Sed & litera ה mutabilis est Apud Arabes. Duobus enim supernè apicibus hoc modo

(ۃ) in

(הּ) in fine notata, idem valet quod ת, estque fœminini generis character, ut חכמה *sapientia*,

---

Caput II.

De Punctis Vocalibus.

Quomodo Punctum vocale distinguitur?

In proprium & improprium.

Quot sunt propria?

Puncta vocalia propria apud (*a*) Chaldæos sunt decem; apud (*b*) Syros quinque.

(*a*) *Eadem enim ratio* Chaldæorum *est, quæ Hebræorum.*

(*b*) *Quorum figura vel* vetustior *est à Græcis mutuata, vel* recentior *Arabum vocalibus vicina, utraque hoc Schemate expressa:*

		Vetustior.	Recentior.	Vetustissimi, more Cuphicorū, unum adhibebant apicem.
I.	A.	ב y	בָ	ב̇
II.	E.	ב ε	בֵ, בְ	בִ
III.	I.	ב η	בִ	בִ seq.
IV.	O.	ב ο	בֹ	ב̇
V.	U.	בֻ ϒ	בֻ	ב̇ & בְ

 No-

Notæ. I. *In his vocalib. Syri nullam quantitatis habent rationem, neque in longas eas & breves distinguunt, planè ut* Arabes, qui tribus tantùm vocalibus *Phatha*, i e. Patach (בַ) Dsamma (בֻ) *Cholem*, & *Kesre* (בִ) *Chirek*, vel *Zere* contenti, omne quantitatis discrimen tollunt. *Veteres etiam Hebræi septem duntaxat numerabant Vocales, (vide Clariß. Buxt.* de orig. Punct. p. 202.) *ex quibus, juxta* Aben Esram, *tres erant* simplices *Chirek, Cholem, Patach*; quatuor *compositæ. Ternario* simplicium *numero respondebant tres literæ* אוי *quas Vocalium loco adhibebant in libris nullis punctorum apicibus notatis.*

II. A. *Syri* פְּתָחָא Pthocho *appellant*, *i.e.* apertio, *& Hebræorum Patach respondet*: E. רְבָצָא Revozo, *i.e.* pressio, *éstq; Syrorum Tzeri vel Sægol.* I. חְבָצָא Chevozo, *i.e.* frictio, *valétque Heb. Chirek utrumque.* O. זְקָפָא Dsekopho, *i.e.* elatio, *sonátque Kametz & Cholem.* U. עְצָצָא Ezozo, *i.e.* compressio, *Schurek & Kibbutz.*

Quodnam est punctum vocale improprium?

Punctum vocale improprium est Scheva.

Chal-

Chaldæi *ſequuntur hoc loco Hebræos per omnia; niſi quòd illi Scheva poſt vocalem figurâ quidem longam, poteſtate tamen, ut plurimùm, brevem (Cholem præſertim & Schurek,* cùm *pro Kametz chatuph ponuntur) non legant, ut* אוּרְחָא urcha, *via*: חוּכְמְתָא ſapientia.

Syri *Scheva expreſſum nullum habent, ſubintelligunt tamen illud, quotiescunque ab Hebræis & Chaldæis exprimitur, ſive vocale, ſive mutum. Eædem enim ſunt affectiones τῶ Scheva, in lectione Syriaca, quas obſervari diximus in Hebræa, niſi quòd Syri* 1. Scheva tantùm habeant ſimplex, compoſitum non item: unde & gutturales Scheva ſimplex admittunt. 2. Si duo Scheva ab initio concurrunt, prius nunquam in Chirek tranſit, ſed Sægol, vel Patach. 3. Patach furtivum, Scheva vicarium, Syri reſpuunt: unde יֵשׁוּע dicitur, non יֵשׁוּעַ

Arabes nèc Scheva compoſitum habent, nec ſimplex vocale, ſed tantùm mutum, *Giezma* appellatum. Ejus figura eſt (ْ) officium verò literam, cui imponitur, cum præcedenti conjungere, ut יַצְלַח Jaz-lach

CAPUT III.

De
DAGES & MAPPIK.

Quid est Dages?

Dages est Punctum literarum (a) Chaldaicarum ventri, Syriacarum verò vel (b) capiti, vel (c) caudæ adjectum.

(a) *Planè ut apud Hebræos* (בּ)

(b) *Si nempe fuerit* קוּשׁי durum, *hoc modo* (ܒ)

(c) *Si fuerit* רוּכָּך lene, (ܒ)

Quotuplex est Dages?

Duplex: (a) Molle, & (b) Durum apud Syros: (c) Forte enim non habent; Lene (d) & Forte apud Chaldæos, quorum illud literas בגדכפת tantùm occupat; hoc omnes, exceptis gutturalibus & ר: Estq; vel *Characteristicum*, vel *Compensativum*, vel *Euphonicum.*

(a) *Vocatur* רוּכָּך mollities, *solétque, ut dixi, literis subscribi. Occupat tantùm literas Begadcephat, quas raphatas reddit seu aspiratas; unde Hebræorum Raphe æquipollet.*

(b) קוּשׁי

(*b*) קוּשׁי *vocant, quod eundem habet usum cum Dages leni Hebræorum* 1. *quia etiam literas* בגדכפת *occupat, eásque solas.* 2. *Quia easdem, per se aspiratas, tenues reddit, aspirationem ab iis tollendo, quod fit* a. *ab initio dictionis, nisi præfigatur illis una ex literis servilibus* בדול· *tunc enim aspiratio manet.* 6. *In media dictione post* Scheva quiescens.

(*c*) *Latiùs enim, quàm par est,* τὸ קוּשׁי *extendunt, qui eidem potestatem duplicandi, aut geminandi propriam tribuunt. Neque enim Syri Dages forte, aut geminans admittunt, neque Kuschoi alias literas, quàm Begadcephat possidet. Analogicè tamen Kuschoi vicem subit Dages fortis, quia ubi Hebræi Dages forte habent, ibidem sedem suam figit, in literis* בגדכפת· *Kuschoi.*

(*d*) *De his affectionibus videatur* Grammat. Heb. pag. 22. & deinceps, *quæ omnia Chaldæis æquè conveniunt, ac Hebræis.*

Arabes Dages lene non habent. Forte, quod figura Græcorum Omega respondet (ω) *Tesdid roboratio* dicitur. Usus ejus in ἀφωνίᾳ longè maximus est, ut suo, σὺν θεῷ, tempore, in pleniori Grammatica Harmonica quadrilingui ostendemus.

Quid

Quid est Mappik?

Mappik est Punctum Literæ ה finali, vel in-vel adſcriptum, eámque, aliás quieſcentem, mobilem efficit.

Mappik Syri & Chaldæi *affixo addunt tertiæ perſonæ, ut* מַלְכֵּהּ Rex ejus, מַלְכָּהּ fœmin. *Apud Syros in fœmin. tantùm uſurpatur ut* מַלְכָּהּ Rex ejus: רַגְלֵיהּ Pedes ejus. *Pauca quædam in Chaldaiſmo nomina reperias Mappikata, ut* גָּבִיהַּ altus.

Huic Mappik apud Arabes æquipollet *Medda* (˜) & *Hamza* (ˇ)

CAPUT IV.

DE PUNCTO ACCENTUALI, *ſeu* ACCENTU.

Quotuplex eſt Accentus?

Duplex: (*a*) Acuens & diſtinguens.

(*a*) *Habent* Chaldæi *doctrinam de Accentibus cum Hebræis per omnia communem, quoad contextum Sacrum: Paraphraſeis accentuum apicibus deſtituuntur, Onkeloſo excepto, cujus Thargum in Pentateuchum retinet accentuationem textus Hebræi.*

Syri

Syri *expressas accentuum tonicorum notas nullas habent, usu tamen discimus, accentum in bissyllabis, si prima syllaba fuerit composita, Scheva quiescente absoluta, occupare penultimam, ut* מַלְכָּא Málko, Rex; *sin autem secunda syllaba ita se habeat, illam affici accentu, ut* הַלֵּךְ halèch, *ivit :* דָּוִיד David.

In trissyllabis secunda plerunque afficitur, ut מַזְמוֹרָא Mazmúro, *Psalmus. In Polysyllabis penultima accentuatur,* דַּמְמַיְקָנֵא dammaikône, *derisorum.*

Arabes quoque, âccentuum figuris destituti, in dissyllabis attollunt penultimam, in polysyllabis antepenultimam, nisi penultima producatur per literas אוי

(*b*) Chaldæorum *accentus distinguentes sunt Silluk, Athnach, Rebiah, &c. Vide* Erotem Heb. p. 27.

Syrorum *accentus distinguentes puncta sunt, vel* sententiis integris *inservientia, vel* vocibus *singulis tantum.* Integris sententiis *distinguendis adhibent vel duo juncta* (:) *in semicolis: vel tria* (∴) *in interrogatione: vel quatuor* (::) *in periodis.*

Vo-

Vocibus verò singulis *puncta vel suprà vel infrà adjecta, distinguunt* I. Numerum verborum & nominum.

Duo enim puncta supra vocem posita pluralem notant numerum, Masculinum & Fœmininum in nominibus; *ut* טָבִ̈ין boni, טָבָ̈תָא bonæ: *In* verbis *verò fæmin. tantùm ut* תֶּפְקְ̈דָן נֶפְקְ̈דָן visitabunt, *&* visitabitis *fæminæ.*

II. Personas & tempora verborum: *Infrà enim scriptum notat* 1. *omnes personas præteriti, excepta prima singulari.* 2. *Infinitivum & Imperativum sæpe.* 3. *Omnes personas futuri, exceptis primis utriusq; numeri.*

Suprà positum indicat 1. *Primam præteriti.* 2. *Participium Benoni.* 3. *Utramque Futuri primam.* Quę puncta diacritica à Ruchoch diligenter sunt distinguenda.

Addunt Grammatici tertium puncti diacritici apud Syros usum, quòd vocum ambiguitatem tollat. Si enim הִ̇י *habeas, legis* הָ̣י hoi, *illa: Sin autem* הִ̣י *legis* hi: *Si* אָ̇ידָא *leg.* aidho, *quæ; Sin* אִ̣ידָא *est* Idho, *manus.*

Sed

Sed vocalium hæ potiùs notæ sunt, quàm punctorum Diacriticorum. Quemadmodum enim, ut suprà *p.9. monuimus, vetustissimus Arabum character Cuficus unico tantùm puncto, sitûs varietate distincto, suas exprimebat vocales; ita Syri quoque, antequam doctrinam de Accentibus, aliorum exemplo, ad eam perduxissent perfectionem, quâ hodiè nobis innotuit; unicum etiam punctum, collocatione tamen varium, vocibus punctandis adhibebant, quod in ambiguis quibusdam nominibus & pronominibus etiàm, pòst accuratiorem punctationem, remansit, non secus ac apud Hebræos, literas* יוא *sæpe reperias vocalium vicem supplere, in accuratissimè punctatis exemplaribus. Vide* Erotem.Ling.S. pag.4.

Quid notas?

Accentus Ablationem, quæ fit per (*a*) Makkaph, ubi duæ plurésve voces sub uno Accentu pronunciantur.

(*a*) *Iterum hîc* Chaldæi *sequuntur Hebræos. Vide* Erot.*p.*29. Syri *vocem quidem Makkaph non habent, sed rem & figuram,* virgulam *nempe* occultantem, *quæ duas*

contractionem voces sub unum redigit accentum. Unde קְרָא אֲנָא legens ego; *propter virgulam occultantem sub* א *pronuncio* Koreno. אֲמַר אֲנָא dicens ego; *lego* omar-no. *Quæ accentus ablatio frequentissima est in participiis Benoni, si adjunctum habent Pronomen primæ personæ* אֲנָא, *cum quo Præsentis significationem, ut plurimum, efficit. Habet tamen* virgula *hæc* occultans *suam etiam sedem extra contractionem, in vocibus singularibus, quarum prolixum contexuit Catalogum* Ludov. de Dieu, *in* Grammat. Ling. Orien. *p.* 50. *Otium tum notat earum literarum, quibus subscribitur, ut* אֲרָזָא Roso, *mysterium* אֲנָשָׁא noscho, *homo, &c. Atq; hinc est, quòd, quando litera servilis præponitur, si litera post Olaph schevata est, servilis habeat* (y) *ut* לַאחרָנָא alium: *Si verò schevata non est, servilis habet scheva, ut* לְאֲנָשָׁא homini, *& præcedente altera etiam servili,* דִלְאנָשָׁא

Apud *Arabes* poteſtatem ꝟ Makkaph habet Vesla, quæ ſupra literam א hoc modo א̃ (veteres tamen Cuphici ipſam Hebræorum lineolam retinebant) in vocis principio poſita, docet eam

cum

cum præcedenti conjungendam,& sub uno accentu pronunciandam; ut קַלְבּאֶלְמַלְךָ *Kalbolmdliki*,cor regis.

Caput V.

De Syllaba.

Quotuplex est Syllaba?

Duplex: Simplex, *seu* Pura, & Composita, *seu* Mixta.

Quæ est Syllaba simplex?

Quæ una constat Vocali,& una Consona mobili; vel; duabus quidem Consonis,sed altera quiescente,ut בִּי, בּוֹ, בּוּ &c.

Quæ est Syllaba composita?

Composita est, quæ una Vocali constat & duabus,vel pluribus Consonis mobilibus.

Syllaba composita apud Chaldæos *&* Syros *efficitur per* Scheva; *Apud Arabes per* Giezma.

Syllabam etiam compositam in Syriaca *&* Arabica *Lingua constituunt diphthongi* אַי ai, אַו au, אֶו eu, אֵי ei, אוֹי oi, אוֹ ou, יוּ ju. *Eas Hebræi ignorant.*

CAPUT VI.

DE PARTIBUS ORATIONIS, & primò de ARTICULO.

Quot sunt Partes Orationis?

Novem: Articulus, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Conjunctio, Præpositio, Interjectio.

Totidem assignari possunt Arabibus, quorum tamen Grammatici tres tantùm ponunt (*vide Giarum.* Erpen. c. 1.) more veterum Hebræorum, apud quos Orationis Partes sunt, שם *Nomen*: פועל *Verbum*, & מלה *Particula*.

Quotuplex est Articulus?

Articulum *Chaldæi* & *Syri* unicum habent postpositivum: Estque ipse status Emphaticus.

Arabum Articulus Præpositivus est אל *Al*, occurrit in vocibus *Almanach*, *Alkermes*, &c.

CAPUT VII.

DE NOMINE.

Quot sunt Nominis accidentia?

Nominis accidentia sunt sex: Qualitas,

tas, Genus, Numerus, Declinatio, Species & Figura.

Casus enim nec Chaldæi *distinctos habent nec* Syri. Genitivo *præfigunt* ד *vel* די. Dativo ל. Accusativo יַת (*quo tamen Syri carent, & pro eo* ל *utuntur*) Vocativus *redditur per statum Emphaticum.* Ablativo *Chaldæi præfigunt* מִן : *Syri* מִן, *vel* ב

Variant hîc Arabes, qui distinctas habent casuum terminationes. Definit enim Nominativus in nominibus triptotis in *on*: Genitivus (sub quo Dativus noster continetur & Ablativus) in *in*: Accusativus in *an*: Vocativus modò Nominativo includitur, modò Accusativo. *Diptota* tamen certam & constantem terminationem non habent. *Qua de re in pleniori Systemate Harmonico.*

I. QUALITAS.

Quotuplex est Nomen ratione Qualitatis?

Duplex: Substantivum & Adjectivum.

Quodnam est Substantivum?

Substantivum est Nomen unius Generis, sive Masculini, sive Fœminini, sive (*a*) Communis, sub una terminatione.

B 3 (*a*) Sunt



(a) Sunt hæc apud Arabes rariora.

Quid notas?

Substantiva Masculina, ad discernendum sexum, sæpe moventur in Fœminina, assumta terminatione תָא, ut à מַלְכָּא *Rex*, fit Fœmin. מַלְכְּתָא *Regina?*

Arabes addunt ה ut רַגֻל *Ragbolon*, vir; Fœm. רַגֻלָה *Ragbolathon*, virago.

Quodnam est Adjectivum?

Adjectivum est Nomen duorum Generum sub duplici terminatione, Masculinâ & Fœmininâ, ut טַב *bonus*, טַבָא *bona.*

Quid accidit Adjectivis?

Duo: Motio & Comparatio.

Quomodo fit Motio?

Motio è Masculino in Fœmininum fit assumto אָ ut à טַב fit טַבָא

Arabes habent ה, ut in Substantivis.

Quomodo fit Comparatio?

Comparatio non fit diversis graduum terminationibus, sed tantùm Periphrasi. *Prout apud Hebræos.* Vide Erotem. pag. 35.

Iterùm hîc in diversum abeunt Arabes. Compara-

parationes enim, graduum terminationibus reddunt. *Positivus*, ut apud Latinos & Græcos variè desinit: *Comparativus* verò & *Superlativus* formatur à *Positivo*, præfixo א, ut à כַּבִּיר Chabiron *magnus*; fit Comparativus & Superlativus אַכְבַּר achbaro *major* & *maximus*. Hanc formam cætera etiam sequuntur nomina. Est autem tum demum forma hæc Superlativi, cùm vel absolutè ponitur, vel in regimine.

II. Genus.

Ratione Generis quotuplex est Nomen?

Ratione Generis Nomen est vel Masculinum, vel Fœmininum, vel Commune. Neutrum non habent, sed ferè per Fœmininum exprimunt.

Genus Nominum quomodo cognoscitur?

Genus Nominum ex usu potissimùm & constructione cognoscitur; interim tamen *tum* ex significatione, *tum* ex terminatione de Genere judicium ferre licet.

Quænam ex Significatione *sunt Masculina?*

Maſculina ſunt Nomina Propria Virorum, Virilium officiorum, Fluviorum, Montium, Menſium, Populorum.

Vide Erotem. Heb. p. 36.

Quæ ſunt Fœminina?

Fœminina ſunt Nomina propria Mulierum, Muliebrium officiorum, Regionum & Urbium.

Quæ ſunt Communia?

Communia ſunt 1. Nomina animalium ſub una terminatione utrumque ſexum denotantia. 2. Nomina Numeralia à viginti ad centum incluſivè. 3. Partes animalium geminæ, quæ tamen ut plurimùm Fœminina ſunt. 4. Pauca quędam alia, de quibus *Ludov. de Dieu* p. 63.

Arabibus Communia ſunt Adjectiva quinque 1. *Formæ* נְצוּר activè ſumtæ, ut צַבוּר *hic & hæc patiens.* 2. For. מְנַצֵאר, ut מְעַטֵאר *hic & hæ condiens aromatibus.* 3. For. מִנְצִיר, ut מִסְכִין *hic & hæc pauper.* 4. For. מִנְצַר ut מִעְשַׁר *avarus & avara.* 5. For. נַצִיר paſſivè ſumtæ, ut קְתִיל *hic occiſus, & hæc occiſa.*

Quænam ex Terminatione *ſunt Maſculina?*

Ma-

Mafculina funt omnia (*a*) ferè Nomina in literam radicalem defınentia ut נַהֲרָא נְהַר *fluvius*: Arab. נהר

(*a*) *Excipiuntur enim* I. *quædam, ut* אַרְעָא· *Arab.* אֶרֶץ terra, *&c. quæ ufu Fœminina deprehenduntur.*

II. *Numeralia Cardinalia à tribus ad decem, quæ fub terminatione Mafculina, Fœminina funt: & rurfus fub terminatione Fœminina, Mafculina, ut* תְּלָת· tres, אַרְבַּע· quatuor *Fœminina funt: Contrà*, תְּלָתָא· אַרְבְּעָא *Mafculina.*

Eadem ratio eft apud *Arabes*: תַלַאת *tres*; אַרְבַע *quatuor*, Fœminina funt: תלאתה verò, אַרְבַעַה Mafculina.

Quænam funt ex Terminatione *Fœminina?*

Ex terminatione ufitatiffima, Fœminina funt defınentia in ָה vel ָא· תָא· ות· ית·

Arabum terminatio Fœm. receptiffima eft ה *ah*, feu *aton*; vel etiam א, aut י inftar א *Eliph*, quiefcens.

Nota. *Excipiuntur* 1. *Nomina officium*

virile denotantia, quæ, sub terminatione Fœminina, Masculina sunt, ut פֶּחָה Dux.

Est hæc exceptio in *Arabica* Lingua frequentior, quàm in cæteris. Nec enim multa Nomina tantùm officium virile denotantia, sub Fœminina terminatione, Masculina sunt, ut כְּלִיפָה chalipha, *Imperator, Successor*, &c. Sed etiam Adjectiva quædam qualitatis intensionem habentia, ut עַאלְמָה *sciens*, plus est, quàm עַאלִם: בַּאקְעָה *versutus*, plùs quàm בַּאקִע

2. *Pauca quædam alia, ut sunt* 1. *Adjectiva quædam Masculina, ut* זַכְּאָה justus; עִלָּאָה Excelsus. 2. *Gentilitia & Patronymica, ut* פְּלִשְׁתָּאָה Philistæus, *&c.* 3. *Numeralia, ut* קַדְמָאָה primus. *Sunt tamen hæc solis* Chaldæis *propria:* Syriaca *enim lingua terminationem hanc respuit.*

3. *Status Emphatici, qui communem semper habent cum Fœmininis absolutis terminationem, ut* טָבָא *& Fœm. est absolut. & Emphat. Mascul.*

III. NUMERUS.

Quotuplex est Numerus?

Duplex: *Singularis*, cujus terminatio varia est; & *Pluralis*, qui regulariter in Ma-

Maſculinis in ִין in Fœmininis in ֶן deſinit.

Arabes, Hebræorum more, Numerum faciunt triplicem, *Singularem* terminatione varium: *Dualem*, qui in אָן *ani*, *Pluralem*, qui in Maſcul. ſanis in וּן *una*: in Fœminino in אַת *aton* deſinit, ut מַאלְכַאן *duo Reges*: מַאלְכוּן *plures Reges*: מַאלְכַאת *Reginæ*.

Hunc tamen Dualem Syri & Chaldæi non recipiunt: Quæ verò in contextu ſacro hac teminatione leguntur, ex Hebraiſmo petita ſunt, ut קַרְנַיִן cornua duo: רַגְלַיִן duo pedes, &c. *Terminatio* ִין *Syriaca in quatuor iſtis* תְּרֵין duo: תַּרְתֵּין duæ: מָתַיִן ducenti: מִצְרַיִן Ægyptus; *obſervata, itidem Dualem Hebræorum imitatur.*

IV. DECLINATIO.

Quot ſunt Declinationes?

Duæ: *prima*, ad quam Nomina Maſculina: & *ſecunda*, ad quam Fœminina referuntur.

Nihil variant Arabes.

A. DECLINATIO PRIMA.

Quomodo Nomina primæ Declinationis deſinunt in Singulari?

Nomina primæ Declinationis in ſtatu

(a) *Ab-*

(*a*) *Absoluto* Singulari variè desinunt: In (*b*) *Emphatico* habent א: (*c*) *Constructus* idem planè est cum *Absoluto.*

(*a*) *Habent* Chaldæi & Syri *tres status*, Absolutum, Emphaticum & Constructum. Arabes *verò, in* Absoluto & Constructo, *cum Hebræis, acquiescunt.*

(*b*) *Qui ab* Absoluto *formatur vel sine ulla mutatione, ut à* טָב *fit* Emphat. טָבָא: *vel mediante mutatione punctorum vocalium, & tunc multum juvat nôsse formas & modum affingendi apud Hebræos, quas Syri & Chaldæi hoc loco sequuntur. Verbi gratia,* 1. *ut à* מֶלֶךְ Rex, *fit* מַלְכּוֹ Rex ejus; *ita ab absoluto Chald. & Syr.* מְלֵךְ, *fit* מַלְכָּא *à* גְּבִיא electus, *fit* גַּבְיָא 2. *Ut à* זֶרַע semen, *fit* זַרְעוֹ; *sic à* גְּבַר vir, *fit* גַּבְרָא 3. *Ut à* גֶּזַע *fit* גִּזְעוֹ; *sic* בְּשַׂר caro, *format* בִּשְׂרָא *Chald. & Syr.* סְפַר liber, סִפְרָא *quæ forma apud Hebræos etiam occurrit in* נֶגְדּוֹ coram eo. 4. *A* חַיִל *fit* חֵילוֹ; *ita à* עַיִן oculus, *habemus* עֵינָא 5. קוֹדֶשׁ *in affixo habet* קָדְשׁוֹ; *sic ab absoluto Syr.* קְדוּשׁ *fit Emphat.* קוּדְשָׁא. *Sed & aliæ simpliciores Emphatici status formæ sunt, ut à Chald. & Syr.* רַחֵם amator, *fit Emph.* רַחְמָא *à* גְּבָא eligens

ligens, נְבִיָּא à : מָרֵא Dominus; מָרְיָא à שֵׁם Nomen, *Emph.* שְׁמָא à יָתֵם pupillus, יָתְמָא *ab* אִמַּר agnus, *Emph.* אִמְּרָא *quas quidem formas tum usu discere, tum ex Cl.* De Dieu Grammat. Orient. *pluribus illustrare exemplis p.79. & deinc. facilè fuerit.*

Peculiariter autem notandum, quòd nomina, quorum terminatio in absoluto est י *aut* יָא *Emphaticam formam habeant* אָה *vel* יָא *ut à* תְּלִיתַי tertius, *fit* תְּלִיתָאָה *à* נוּכְרָי *fit* נוּכְרָיָא *à* כַּשְׂדָּי *fit* כַּשְׂדָּיָא

(c) *Sic dicunt* Chaldæi כְּתָב *in absoluto & constructo; ut,* כְּתָב סְפַר Scriptura libri, *Es.* 6.18. Syr. עֲבַד *in absoluto & constructo.* עֲבַד מַלְכָּא Servus Regis.

Arabes Nunnationem tantùm abjiciunt, à כתאב *Chitabon,* liber, fit constr. *Chitabo.*

Excipiuntur in omnibus penè linguis Orientalibus, אָב pater, אָח frater, *&* חָם socer, *quæ in constructo apud Heb. Chald. & Syros habent,* אֲבִי, אֲחִי, חֲמִי *Arab.* אבו, אכו, חמו

Quomodo Nomina primæ Declinationis desinunt in Plurali?

Nomina primæ Declinationis in Plurali apud *Chaldæos* & *Syros* in absoluto

statu regulariter, & usitatissime habent (a) ין: In Emphatico (b) *Chaldæi* יָא, rarò (c) אֵ. *Syri* (d) א rarò Chaldæorũ (e) more יֵא. In Constructo Chaldæi (f) י, Syri (g) י aut (h) יי

(a) *Ut à* מַלְכָּא *utrobique fit* מַלְכִּין Reges; *ubi observandum*: Pluralia Mascul. absoluta, formari à Singularibus Emphaticis sine mutatione, ultimæ consonæ addendo terminationem Pluralem.

Addo autem regulariter *&* usitatissime. *Quia Syri nonnunquam habent* ין *quæ à Singularibus absolutis formant; ut* רְוָא ebrius, *fit* רַוִין *à* מַשְׁרֵי habitatio, מַשְׁרִין habitationes. *Fit hoc in illis Nominibus, quæ in Singulari absoluto vel in* א *desinunt, vel in* י *ut ex positis exemplis liquet.*

(b) *Mutando terminationem absolutam* ין *in* יָא *ut à* מַלְכִּין *fit* מַלְכַּיָא

(c) *In iis Nominibus, quorum absoluta sunt* אִין *ut à* יְהוּדָאִין *fit* יְהוּדָאֵי

(d) *Ut à* זַדִּיקִין justi, *fit Emphat.* זַדִּיקָא

(e) *In iis videlicet Nominibus, quorum status absolutus desinit in* ין *de quibus lit. a. dictum est; Sic à* רַוִין ebrii, *fit* רַוָּיָא *à* מַשְׁרִין habi-

habitationes, מַשְׁרְיָא. *Tria, pro* יָא *apud Syros habent* יָא *ut* טַלְיָא pueri: קְצָיָא fragmenta: חַדְיָא pectora: *cujus terminationis exempla etiam occurrunt apud Chaldæos, ut* תִּפְתָּיֵא Exactores, *Dan.* 3. *v.* 2.

(*f*) *More Hebræorum, ut à* מַלְכִּין *fit* מַלְכֵּי *à* צַדִּיקִין *fit* צַדִּיקֵי

(*g*) *A* גַּבְרִין viri, *fit* גַּבְרֵי

(*h*) *Quæ terminatio constructa iis propria est Nominibus, quæ in Sing. absoluto in* א *in Plurali absol. habent* ין, *in Emphatico* יָא, *ut à* קָרִין *fit* קָרַיי invocantes.

Arabum terminatio absoluta sana, ut diximus, est ון *una*, ut à פָאקַר *visitans*, fit פָאקְרוּן *visitantes*, quæ reperitur in Nominibus Propr. rationalium, Adjectivis item formantibus Fœmin. addito ה *thon*; Participiis deniq; Activis & Passivis. In cæteris forma ferè retinetur fracta, quam ad XXII. Species refert *Erpenius*: Nos tamen in Grammatica nostra quatuor Linguarum Harmonica ad X. Classes reduximus: Constructus iterum tollit Nunnationem, ut à בנון *filii*, fit const. בנו à כתב *Chotobon* fit Const. כתב *Chotobo*.

B. DECLINATIO II.

Quomodo Nomina secundæ Declinationis desinunt in Singulari?

No-

Nomina secundæ Declinationis in statu absoluto varie etiam desinunt, plerunque tamen in (a) אָ vel הָ, (b) אָה, (c) י ו. In Emphatico in (d) תָא. In Constructo in (e) ת

(a) *Ut* Chal. חָכְמָא, Syr. חכמא *sapientia.*

(b) *Cujusmodi sunt Adjectiva Fœminina Masculinorum desinentium in* י *ut* קַדְמַי primus; קַדְמָאָה prima.

(c) *Ut* תּוֹדִי confessio: מַלְכוּ regnum; רִבּוֹ myrias.

(d) *Ubi tamen notandum* 1. Fœminina, quę in Absoluto statu terminationem habent Masculinam, sequuntur etiam rationem Masculinorum in Emphat. ut ab אֲרַע *terra*; *fit* אַרְעָא 2. Quæ verò in Absoluto habent אָ vel הָ proximè ante se ascifcunt ת præcedente Scheva, ut à מְדִינָא *urbs*, fit מְדִינְתָא; חָכְמָה Emph. חָכְמְתָא; sed quæ absolutum habent אָה, Emphat. formant יְתָא ut à רְבִיעָאָה fit רְבִיעָיְתָא quarta. 3. Desinentia in ו & י tantùm addunt תָא, ut à מַלְכוּ fit מַלְכוּתָא à מַרְעִי fit מַרְעִיתָא quam formam sequuntur, תַּדְמוּרְתָא *miraculum*, מְאכוּלְתָא *cibus*, תֻּשְׁבּוּחְתָא *laus*, ab absol.

תַּדְמְרָא,

תְּשְׁבְּחָא, מֶאֱכָלָא, תְּדְמֻרָא 4. Fœminina, quæ à Mafculinis oriuntur, facilem habent formationem, fi nempe Mafculina Emphatica reducantur ad formam fimplicem, eique tantùm addatur fyllaba תָא: ut בְּרָא Emph. Mafcul. reductum ad fimplex בַּר *filius*, habet Fœm. Emph. בְּרַתָּא *filia*. Sic מְהֵימַן *fidelis, cui creditur*, Emph. Mafc. מְהֵימְנָא Emphat. Fœm. מְהֵימַנְתָּא. Sed quæ definunt in א mutant א in י, & ‹ in ±, ut טְלֵא *puer*, Emphat. Mafc. טַלְיָא Fœm. Emphat. טְלִיתָא. Quæ verò in fine habent ן fub Nun affumunt ± fequente י, ut מְרַחְמָן *mifericors*, Emphat. Mafcul. מְרַחְמָנָא Emphat. Fœm. מְרַחְמָנִיתָא.

(e) Sic ab Abfol. חָכְמָה *fit Conft.* חָכְמַת *more Hebræorum:* Syr. חָכְמָא *fit* חָכְמַת *At quæ in Abfolutò habent* י ו *vel* ו *in Conft. ftatu tantùm affumunt* ת, *ut à* תַּרְכִּי purgatio, *fit Conft.* תַּרְכִּית, *à* מַלְכוּ *fit Conft.* מַלְכוּת.

Celebre eſt illud *Simeonis*, fil. *Gamaliel*, in Pir. Abh. c. I. אל המדרש הוא העקר אלא המעשה׃ *Non ſermo fundamentum eſt, ſed opus*. De vario dicti hujus ſenſu ipſi certant Hebræi, & adhuc ſub judice lis eſt. Scribit R. *Chiun* Coment. in hunc locum: אעפי שההולך לדרוש החכמים בבית המדרש ולשמוע דבריהם שכרו גדול הנה אין המדרש ההוא משולל מן המעשה ומשתדל בלימוד לבד הנה הוא חסר תכליתו וי״מ ולא המדרש הוא העיקר שהוא מוסר לחכמים הדורשים ומלמדים תהורהשאין העקר להם הדרש ההוא אלא המעשה שיעשו גם הם מה שידרשו בפיהם ויהיו נאים דורשים ונאים מקיימים ויותר ילמדו ההמון ממעשיהם הטובים ממה שילמדו מדבריהם i.e. *Etiam ſi ille, qui abit rogatum ſapientes in Schola, & auditum verba eorum, magna dignus ſit mercede; hæc tamen inquiſitio, opere deſtituta, non eſt fun-*

damen-

damentum. Qui enim sola occupatur θεωρίᾳ, finem ille suum non assequitur. Alij verba, sermonem non esse fundamentum, *volunt, esse νουθεσίαν ad sapientes, qui explicant & docent Legem; quòd fundamentum non sit explicatio, sed opus, ut videlicet ipsi quoque præstent, quod ore commendant. Quamvis autem pulchri sint & qui explicant, & qui faciunt, plebs tamen plura discit ex operibus eorum bonis, quàm verbis.*

Hunc sensum πολυθρύλλητον illud veterum Sapientum habere, Hebræi scribunt. Sed quid obstat, quò minùs magnis istis componere liceat non multô leviora? Non certè מדרש, non diligens regularum Grammaticarum inquisitio & examen, sed praxis ipsa fundamentum hîc est. Sordet multis Linguarũ studium, quia, dum cortici semper dentes suos infigunt, nucleum nunquam gustant. Vas vitreum cum Æsopica vulpecula allambunt, pultem non attingunt. Grammaticis præceptis fatigati, & quærendæ radicis subsidio instructi, hastam statim abjiciũt & receptui canunt, parûm de opimis

Orien-

Orientalium spoliis soliciti. Non licet hanc prolixiùs, hac vice, agere caussam. Uno saltem atq; altero specimine, ne Auditoribus nostris exercitii campus desit, probabimus, suum etiam, studium *Chaldaicum, Syriacum*, & *Rabbinicum* in Schola Theologica, habere locum.

I. *Specimen Chaldaicum, textus aliquot exhibens, qui de Messia explicantur.*

1. *Genes.* 3. v. 15. in Targum *Jonath.* ita redditur: ודבבו אשוי בינך ובין אתתא בין זרעית בנך ובין זרעית בנהא ויהי כד יהון בנהא דאתתא נטרין מצותא דאוריתא יהון מכונין ומחין יתך על רישך וכד שבקין מצותא דאורייתא תהוי מתכוין ונכית יתהון בעקביהון ברם להון יהא אסו ולך לא יהא אסו ועתידין אינון למעבד שפיותא בעיקבא ביומי מלכא משיחא i.e. *Et inimicitiam ponam inter te & mulierem, inter semen tuum & semen filiorum ejus. Erit autem cùm filii mulieris servârint præcepta Legis, tuum cum intentione percussuri sint caput. Sin autem deseruerint præcepta Legis, tu cum intentione mordebis eorum calcaneos. Verùm illis erit sanatio, tibi*

autem

autem ſanatio nulla erit. Ipſi autem (filii mulieris) *contritionem, vel emplaſtrum parabunt in diebus Regis Meſsiæ.*

NOTÆ. I. Patet ex hoc loco, peccata, ex mente Paraphraſtæ, eſſe nocentiſſimos Diaboli morſus, quibus lethaliter hominum conſcientias vulnerat; vitæ verò innocentiâ caput Serpentis conteri.

II. Homini peccatori aditum patere ad fores miſericordiæ DEI, Diabolis non item.

III. Medicinam pro peccatis paratam eſſe per Meſſiam. Neque enim שְׁפִיוּתָא *contritionem* tantùm notat, ſed & *Emplaſtrum, tranquillitatem, quietem.* Unde *Gloſſa* marginalis שפיותא לשון שלום והשקט והוא רפואתן לעתיד בימי משיח שיהיה שלום ומנוחה Schaphiutho *tranquillitatem ſignificat & quietem. Atque hæc ſanatio eorum erit tempore Meſſiæ, qui pax erit & tranquillitas.* Quas verò recentiores Judæi (per ſerpentem, animal intelligentes ratione deſtitutum, non verò Diabolum; per ſemen mulieris verò, totum genus humanum; quæ & Chriſtianorum quo-

rundam ſententia eſt) loco huic tenebras offundant, fusè recenſet *Joh. Myller.* in Rabbin. p. 91. *Targum Hieroſol.* textum Hebræum iisdem planè exprimit verbis, quæ repetere nihil attinet. Sed paulò aliter *Onkeloſus*, qui Meſſiæ planè non meminit. וּדְבָבוּ אֲשַׁוֵּי בֵּינָךְ וּבֵין אִתְּתָא וּבֵין בְּנָךְ וּבֵין בְּנַהָא הוּא יְהֵי דְּכִיר לָךְ מָה דַּעֲבַדְתְּ לֵיהּ מִלְּקַדְמִין וְאַתְּ תְּהֵי נָטַר לֵיהּ לְסוֹפָא *Et inimicitiam ponam inter te & inter mulierem, & inter filium tuum, & inter filium ejus, ille memor erit ejus, quod feciſti ei olim, tu autem obſervabis illud ad finem.* Eleganter Germanicè: Er wird daran gedencken was du ihme gethan/vnd du wirſt es ihme nachtragen bis an das end. Ἐμφατικώτερον enim Hebrȩorum נָטַר eſt hoc ſenſu, quàm quod uno commodè exprimi queat verbo. Occurrit vocabulum *Levit.* 19. v. 18. לא תטור את בני עמך *ne ſis memor injuriæ civium tuorũ.* Quod quid ſit, *Maj.* in Deoth, c. 7. S. 8. ita explicat: ראובן שאמר לשמעון שכור לי בית זה או השאילני שור זה ולא רצה שמעון לימים בא שמעון לראובן לשאול ממנו או לשכור ממנו ואמר לו ראובן הא לך הריני משאילך

משאילך ואיני כמותך לא אשלם לך כמעשיך העושה כזה עובר בלא תטור i.e. *Dicit Reuben Simeoni, loca mihi has ædes, aut da mihi mutuò hunc bovem, & renuit Simeon. Postea, diebus aliquot interjectis, venit Simeon ad Rubenum petitum aut conductum ab eo aliquid; & dicat ei Ruben: En! accipe: utendum tibi do. Neque enim sum tibi similis; non retribuam tibi secundùm opera tua. Qui hoc facit, transgreditur negativum:* Non retinebis, &c. *Fagius*, suis in Onkelos. Notis, aliter locum explicat; ita ut per finem vel Messiæ tempora intelligat; vel dies ultimo judicio vicinos, in quos Satan virus suum maximè asservâsse creditur.

II. *Gen.* 35.v.21. *Et tetendit tentorium suum ultra turrim Eder*; ubi *Jonathanis Paraphrasis* addit: אַתְרָא דְמִתַּמָּן עָתִיד דְאִתְגְלֵי מַלְכָּא מְשִׁיחָא בְסוֹף יוֹמַיָא *qui est locus, ex quo revelabitur Rex Messias in fine dierum.*

NOTÆ: I. *Ex quo revelabitur Messias.* Alibi dicunt, Româ eum oriturum. *Targ. Hierosol.* Exod. 12. v. 42. מֹשֶׁה יִפּוֹק מִן גוֹ מַדְבְּרָא וּמַלְכָּא מְשִׁיחָא מִן גוֹ רוֹמָא *Moses egre-*

dietur è deserto, & Meßias egredietur ex Roma. Sic in *Gem.Sanh.*c.11.S.33. שנים ראיתי וקול שלשה שמעתי אמינא ליה אימת אתי משיח אמר ליה זיל שייליה לדידיה והיכא יתיב אפיתחא דרומי ומאי סימני יתיב ביני עניי סובלי חולאים i.e. *Duos vidi, trium vocem audivi, quæ diceret: Quando Christus venturus esset? Et ille; Abi, inquit, & ipsum interroga. Ubi nam est inquam? Ad portam Romæ, inquit: Quo signo, inquam, agnosci potest? Sedet, inquit, inter pauperes, ulceribus oneratos, &c.* Ergò Christus, ex mente Judæorum est παθητός? Unde & S.39. locus *Jes.*53.v.4. de eodem explicatur.

2. *Fine dierum*) *Kimchius* Jes. 2.v.2. כל מקום שנאמר באחרית הימים הוא ימורת המשיח *omnis locus, quo habetur*, in fine dierum, *significat dies Meßiæ.* Exempla sunt *Gen.*49.v.1. *Num.*24.v.14. *Deut.*4.v.30. cap.31.v.29.

III. Locum *Genes.*49. quo emortualia Patriarchæ Jacobi recensentur verba, de Messia sumendum, constanti Paraphrastarum traditione asserimus: vers. 1. habet *Jonathan*: וּמִן דְּאִתְגְּלִי אִיקַר שְׁכִנְתָּא דַּיְיָ קִצָּא דְעָתִיד

רְעָתִיד מַלְכָּא מְשִׁיחָא לְמֵיתֵי אִתְכַּסִּי מִנֵּיהּ *Et ex quo apparuerat ipſi gloria Majeſtatis divinæ, finis, quo venturus eſt Rex Meßias, abſconditus fuit ab eo.* Verſu verò 10. עַד כִּי יָבֹא שִׁילֹה *uſque dum venerit Schilo; Onkelos vertit* עַד דְיֵיתֵי מְשִׁיחָא *uſque dum venerit Meßias; Jonath.* & *Targ. Hieroſol.* עַד זְמַן דְיֵיתֵי מַלְכָּא מְשִׁיחָא *ad tempus, quo venerit Rex Meßias.*

NOTÆ: שְׁכִנְתָּא *Habitatio*, σκήνωσις. Hebraicè שְׁכִינָה) In ſpecie *Elias Levita* ſignificare ſcribit, Spiritum Sanctum על שם שהוא שוכן על הנביים *quòd habitare ſoleat cum Prophetis*: ita verò rariùs occurrit. Præludium alii volunt futuræ σκηνώσεως, ſeu cohabitationis filii DEI, de qua *Joh.* 1. v. 14. καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, &c. vide Not. *Heinſ.* Alii *Angelum*, alii *providentiam* per eam intelligunt. Certum eſt, Hebræis in genere denotare *gloriam* vel *Majeſtatem divinam*: de qua multa apud Rabbinos. Adi Lex. *Buxt.* Tal. R. שכן Fundam. *Majm.* Vorſt. p. 96. *Fuller.* Miſcell. lib. 2. p. 164. *Hakſp. Nizz.* p. 374. & deinc. Author lib. Nizzachon diſtnguit inter שכינה

 habi-

habitationem divinam; & גלוי השכינה *Revelationem Majestatis divinæ.* Illa providentiæ DEI generali, hæc speciali respondere videtur. Vide p. 108. 124. 189. 253. Hoc loco & alibi à Targumistis DEO tribuitur, ad removendam corporietatem. Vide *Thes. Philol.* p. 259.

II. *Rex Messias*) exprimitur ita vox שילה de qua *Thesaur. Phil.* p. 161. quæ inter Messiæ nomina ab ipsis etiam Talmudicis refertur in *Cod. Sanhed. Gem.* c. 11. S. 36 ubi traditio domus R. Silæ; Messiam vocatum iri *Schilo*, ut *Genes.* 49. Schola verò Jannæi vocat ינון *sobolescet*, ex *Psal.* 72. v. 71. Chaninæ asseclæ, *chaninam*, id est, gratiam eum vocant, ex *Jerem.* 16. 13. מְנַחֵם seu *consolator* ex *Thren.* 1. v. 16. ab aliis appellatur. Rabbini verò vulgò ex *Jes.* 53. v. 4. חיורא seu *leprosum*, *μετωνυμικῶς*, *quòd morbum ille nostrum in se suscepit, & ægritudines nostras bajulavit, at nos reputavimus ipsum plagâ affectum*, eundem nuncupant.

IV. De Messia ex Judæ posteris oriturо, sæpiùs loquuntur Targumistæ. *Genes.*

zeſ.49.v.11. Jonath. habet: מַה יָאֵי מַלְכָּא מְשִׁיחָא דַעֲתִיד לְמִקַם מִדְּבֵית יְהוּדָה *Quàm pulcher eſt Rex Meßias, qui exſurget de domo Jehudah.* Ita & *Targ. Hieroſol.*

V. *Exodi* 40.v.9. *Et ſanctificabis tabernaculum, & omnia vaſa ejus, & erit ſanctitas*; Jonath. [illegible]: וּתְקַדֵּשׁ יָתֵיהּ מְטוּל
כְּלִיל דְּמַלְכוּתָא דְבֵית יְהוּדָה וּמַלְכָּא מְשִׁיחָא
דְּעָתִיד לְמִפְרַק יַת יִשְׂרָאֵל בְּסוֹף יוֹמַיָּא *Et ſanctificabis illud propter coronam regni domus Jehudæ, & Regem Meßiam, qui liberaturus eſt Iſraëlem in fine dierum.*

NOTÆ: כְּלִיל דְּמַלְכוּתָא *Corona Regni)* Quatuor ferè coronarũ fit mentio apud Chaldæos; כְּלִילָא דְאוֹרַיְיתָא *Coronæ legis*; כְּלִילָא דִכְהוּנְתָּא *Coronæ ſacerdotii*; כְּלִילָא דְמַלְכוּתָא *Coronæ regni*; כְּלִילָא דִשְׁמָא טָבָא *Coronæ nominis boni*, quibus quatuor coronis inſignitum ſcribit Moſen, *Jonath.* Paraph. *Deut.* c.34.v.5. Aliâs Rabbini trium tantùm meminuerunt coronarum, *legis, ſacerdotii* & *regni.* Vide Tiber. *Buxt.* c.10.

VI. De duplici Judæorum Meſſia, filio *Davidis*, & filio *Ephraim*, recentiores

tantùm loquuntur Paraphrastæ *Pseudo-Jonathan*, & *Josephus Cæcus.* Ille, *Exodi* 40.v.11. מְשִׁיחָא בַּר אֶפְרַיִם דְּנָפִיק מִינֵיהּ דְּעַל יְדוֹי עֲתִידִין בֵּית יִשְׂרָאֵל לְמִנְצְחָא לְגוֹג וּלְסִיעָתֵיהּ בְּסוֹף יוֹמַיָּא *Meßias, fil. Ephraim, qui egressurus est ex eo, per cujus manus domus Israëlis vincent Gogum, & turmas ejus in fine dierum.* Hic verò *Cantic.* c.4. v.5. תְּרֵין פָּרִיקַיִךְ דַּעֲתִידִין לְמִפְרְקָךְ מָשִׁיחַ בֶּן דָּוִד וּמָשִׁיחַ בֶּן אֶפְרַיִם *Duo liberatores tui, qui liberaturi sunt te, Meßias, filius David, & Meßias, filius Ephraim.*

NOTÆ: *Duo liberatores)* Cùm viderent Verpuli, multa de Messia vaticinia ab externo illo apparatu, quem sibi fingebant, esse remotissima, geminum mox commenti sunt Messiam; filium *Josephi*, qui & *Ephraimi* filius dicitur; & filium *Davidis*, qui & Jehudæ filius vocatur. Illi humilitatem, miseriam, mortem; huic victorias, & vitam adscribunt. Utriusque tum apud Targumistas, tum Rabbinos, crebra fit mentio. Qua de re, σὺν Θεῷ, in Theologia Judaica. Vide Lex. *Buxt.* Talm. R משח R. *Saad.* ספר אמונות Orat. 8. *Abarb.*

Abarb. in Proph.pag.198.c.4 p.226.c.4. p.230. c.1. p.294. c.2. p.3. *Synag. Jud.* c.36. *Graß.* Exercit. in Danielem cap.9. pag.258.

VII. *Num.*11.26. Eldadum & Medadum de Gogo & Magogo, eorundémq; à Messia inflicta clade vaticinatos esse, scribit author *Targ. Hierosolymitani:* ואמרין בסוף עקב יומיא גוג ומגוג וחיילותיה סלקין לירושלם ובידוי דמלכא משיחא אנון נפלין *Dicebant: In fine dierum Gog & Magog cum exercitibus suis ascendent Hierosolymam, & manu Regis Messiæ cadent illi.*

NOTÆ) De bello Messiæ contra Gog & Magog consulatur Rabb. *Saad.* loc.cit. Rabb. *Myller.* p.926. & deinceps. *Majm.* in Misch. Tor. tract.ult. de Reg. c.12. quod cum Versione habes in Exer. *Graff.* p.267. R. *Men. ben. Israël* l.3. c.5. de Resurrectione. *Isaac ben Abrah.* in חזוק Locus pro hac clade palmarius occurrit *Ezech.* 38. quem *Myllerus* prolixè vindicat.

VIII. *Num.* 24.v.17. *Procedet stella ex Jacob.* Vaticinium de Messia insigne est, quod *Onkelosus* ita reddit: חזיתיה ולא כען סכיתיה

סְכֵיתֵיהּ וְלָא אִיתוֹהִי קָרִיב כַּד יְקוּם מַלְכָּא מִיַּעֲקֹב וְיִתְרַבָּא מְשִׁיחָא מִיִּשְׂרָאֵל וְיִקְטוֹל רַבְרְבֵי מוֹאָב וְיִשְׁלוֹט בְּכָל בְּנֵי אֱנָשָׁא *Vidi illum, & non modò aſpexi eum, neque propè eſt, quòd ſurrecturus ſit Rex à Jacobo, & ungendus Meſſias ex Iſraële, qui occidet Principes Moab, & dominabitur omnibus filiis hominum.* *Jonathan* verò: כַּד יִמְלוֹךְ מְלִיךְ תַּקִּיף מִדְּבֵית יַעֲקֹב וְיִתְרַבֵּי מְשִׁיחָא *Regnabit Rex fortis ex domo Jacob, & ungetur Meſſias.*

NOTÆ.) Adeò perſpicuum eſt hoc Bileami de Meſſia vaticinium, ut ſint, qui exiſtiment, lucem hinc aliquam ipſos etiam habuiſſe Gentiles. Unde & Magos illos *Matth.* 2. ſtellæ ductu ad recens Judæorum Regem delatos, ex Bileami Schola prodiiſſe afferũt. Vide *Dan. Heinſ.* Exerc. in N.T. Hiſtoriam autem agyrtæ illius *Ben Cocab*, qui & *Bar Cosba* ab eventu dicitur, habes in *Hiſt. Ecclef.* Sec. 2. S. 3.

IX. Porrò, quæcunque ferè teſtimonia, à Theologis Chriſtianis, ex Veteri Teſtamento ad pleniorem tum officii, tum perſonę Mediatoris noſtri explicationem pertinentia, citantur, contra Judæorum recen-

recentiorum pervicaciam, ex Targumiſtis, qui nobiſcum faciunt, defendi poſſunt. Verbi gratia: A. De *Nativitate* aſſerunt Chriſtiani, *Meßiam Bethlehemi naſciturum*, ut habet *Mich*.c.5.v.2. quæ ita Chald. reddit: וְאַתְּ בֵּית לֶחֶם אֶפְרָתָה כִּזְעֵר הֲוֵיתָ לְאִתְמְנָאָה בְּאַלְפַיָּא דְבֵית יְהוּדָה מִנָּךְ קֳדָמַי יִפּוֹק מְשִׁיחָא לְמֶהֱוֵי עָבֵיד שׁוּלְטָן עַל יִשְׂרָאֵל *Et tu Bethlehem Ephrata, quaſi parva fuiſti ut numerareris inter duces domus Jehudæ, ex te coram me prodibit Meßias, ut ſit exercens dominatum in Iſraël.* Locum hunc de Meſſia etiam *Kimchius* intelligit; ſed R. *Sol. Jarch*. de Davide, quem alii recentiores ſequuntur. Vindicias habes in Rabb. *Myll*. p. 399.

B. De *Educatione*. Eundem Nazarethæ educatum iri, ſtatuunt argumento loci *Eſ*.11.v.1. collat. cum *Matth*.2.v.ult. Nec aliter *Jonath*. in Paraph. וְיִפּוֹק מַלְכָּא מִבְּנוֹהִי דְיִשַׁי וּמְשִׁיחָא מִבְּנֵי בְנוֹהִי יִתְרַבֵּי *Et prodibit Rex de filiis Jeſſe, & Meßias ex filiis filiorum ejus.*

C. De *familia*. Eum oriturum ex lumbis Davidis probant noſtri ex *Jer*.23.5. *Suſci-*

Suscitabo Davidi germen justum. Non aliter sensisse veteres Judæos, Paraphrasis nos docet hujus loci Chaldaica: אֲקִים לְדָוִד מְשִׁיחָא דְצַדִּיקָא *Suscitabo Davidi Messiam justum.* Unde ipse David apud eundem *Jonathanem* 2.*Sam.*23.v.3. morti vicinus dixisse fertur: אֲמַר לְמַנָּאָה לִי מַלְכָּא דְהוּא מְשִׁיחָא דַעֲתִיד דִיקוּם וְיִשְׁלוֹט בִּדְחַלְתָּא *Dixit* (Deus,) *se velle mihi* (Davidi) *constituere Regem, qui est Messias, qui surget & dominabitur in timore Domini.* Et *Es.* c.15.v.2. יֵצֵא צֶפַע *Prodibit soboles; Jonath.* אֲרֵי מִבְּנֵי בְנוֹהִי דְיִשַׁי יִפּוֹק מְשִׁיחָא *Nam ex filiis filiorum Isai egredietur Messias.* Et *Jerem.*33.v.15. *Germinare faciam Davidi germen justitiæ; Chald.* אֲקִים לְדָוִד מְשִׁיחַ דִצְדְקָא *Suscitabo Davidi Messiam justitiæ. Hos.*3.v.5. *Postea revertentur filii Israël, & quærent Dominum Deum suum, & Davidem Regem suum; Chald.* reddit: בָּתַר כֵּן יְתוּבוּן בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְיִתְבְּעוּן יַת פּוּלְחָנָא דַיְיָ אֱלָהֲהוֹן וְיִשְׁתַּמְעוּן לִמְשִׁיחָא בַּר דָוִד מַלְכֵּהוֹן *Postea revertentur filii Israëlis, & sequentur cultum Domini Dei sui, & obedient Messiæ, filio Davidis, Regi suo.*

D. *No-*

D. *Nomina.* Ipſa illa nomina, quæ, cùm ſoli Deo propriè debeantur, de Meſſia Chriſtiani, vel ad officium ejus deſignandum, vel ad perſonam exprimendam, intelligunt, Paraphraſtarum quoque authoritate confirmantur. *Jeſ.9.6. Puer natus eſt nobis,* &c. *Chald.* habet: אֲמַר נְבִיָא לְבֵית דָוִד אֲרֵי רְבֵי אִתְיְלִד לָנָא בַר אִתְיְהֵב לָנָא וְקַבֵּיל אוֹרַיְתָא עֲלוֹהִי לְמִטְרַהּ וְאִתְקְרֵי שְׁמֵיהּ מִן קֳדָם מַפְלִיא עֵצָה אֱלָהָא גִבָּרָא קַיָם לְעָלְמַיָא מְשִׁיחָא דִשְׁלָמָא יִסְגֵי עֲלָנָא בְּיוֹמוֹהִי *Dixit Propheta Domui Davidis; Ecce puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, & accipiet legem ad ſervandam eam. Et vocabitur nomen ejus ab eo qui mirabilis eſt conſilio, Deus fortis, permanens in ſecula; Meſſias pacis, quæ creſcet ſuper nos in diebus ejus.* Ergò illud שַׂר שָׁלוֹם *Princeps pacis,* per Metoymiam effecti, ipſe quoque Paraphraſtes de Meſſia explicat? Quòd verò reliqua Meſſiæ Epitheta ſeparat & diſcerpit, judaicam redolet pertinaciam, quam maſculè profligavit, *Myller.* in Rabbinis.p.479. & deinceps. Judæi aliâs locum hunc vel de Ezechia intelligunt, ut

R.*Sol.*

R. *Sol. Jarchius*, vel de Achazo, ut R. *David Kimchius*. Primarium argumentum, quod ostendunt in וַיִּקְרָא Verbo Activo, refutavimus in *Thes. Phil.* p. 199. Sed & nomen tetragrammaton à Paraphrastis Messiæ tribuitur. *Hos.* 14. v. 8. *Revertentur sessuri in umbra ejus*, Jehovæ scilicet, ut præcedentia exigunt verba; *Chald.* verò יְתִבוּן בִּטְלַל מְשִׁיחֲהוֹן *Sedebunt in umbra Messiæ sui.* Huc pertinere videtur illud *Jes.* 28. v. 5. *In die isto erit Dominus Exercituum in coronam decoris*; *Tharg. Hieros.* בְּעִדָּנָא הַהִיא יְהֵי מְשִׁיחָא דַיהוָה צְבָאוֹת לִכְלִילָא דְחֶדְוָא *In die isto erit Messias, qui est Dominus Exercituum, in coronam gaudii.* Ita qui מוֹשֵׁל אֶרֶץ *dominator terræ*, apud *Jes.* c. 16. v. 1. nominatur, Messias à Paraphrasta redditur. *Mittite agnum vel tributum dominatori terræ*; *Chal.* יְהוֹן מַסְּקֵי מִסִּין לִמְשִׁיחָא דְיִשְׂרָאֵל *Erunt afferentes tributa Messiæ Israëlis*. Confer *Mich.* c. 5. v. 2. Inter alia etiam nomina, quibus Messias in V. T. veniebat, sæpe occurrit צֶמַח *germen*, quod non modò Cabbalistæ per Gematriam de Messia interpretanturr; *Thes. Philolog.* p. 452.

p.452. ſed etiam à Paraphraſtis expreſsè adhibetur. *Jeſ.* c.4.v.2. *In die iſto erit germen Domini gloriæ & honori; Chald.* בְּעִדָּנָא הַהוּא יְהֵי מְשִׁיחָא דַיהוָֹה לְחֶדְוָה וְלִיקָר *In tempore iſto erit Meſsias Domini gaudio & honori.* Sic *Jerem.* 23.v.5.cap.33.v.15. Vide *ſup.*p.156. Et *Zach.* 3.v.8. *Nam ecce ego adducturus ſum ſervum meum, Germen, Chald.* אֲרֵי הָא אֲנָא מַיְתֵי יַת עַבְדִּי מְשִׁיחָא וְיִתְגְּלֵי *Nam, ecce, ego adduco ſervum meum Meſsiam, qui revelabitur.* c.6.v.12. *Ecce virum, cujus nomen eſt Germen,*&c. *Chald.* כִּדְנָן אֲמַר יְיָ צְבָאוֹת לְמֵימַר הָא גַּבְרָא מְשִׁיחָא שְׁמֵיהּ עָתִיד דְּיִתְגְּלֵי וְיִתְרַבֵּי וְיִבְנֵי יַת הֵיכְלָא דַּייָ Sed & Metaphorica quædam nomina hinc inde in Contextu Sacro reperies, quæ Paraphraſtæ non malè ad Meſſiam referunt. *Mich.*4.v.8. וְאַתָּה מִגְדַּל עֵדֶר *Et tu, turris gregis,*&c. *Chald.*habet: וְאַתְּ מְשִׁיחָא דְיִשְׂרָאֵל דִּטְמִיר מִן קֳדָם חוֹבֵי כְּנִשְׁתָּא דְצִיּוֹן לָךְ עֲתִידָא מַלְכוּתָא לְמֵיתֵי וְיֵיתֵי שָׁלְטָנָא קַדְמָאָה לְמַלְכוּת כְּנִשְׁתָּא דִירוּשְׁלֵם *Et tu Meſsias Iſraëlis, qui abſconditus propter peccata cætus Zionis, tibi futurum eſt regnum ad veniendum: Et veniet dominatio prior regno*

catus Israëlis. Latet hîc fermentum judaicum. Vetus erat Domus Eliæ traditio, quæ extat *Codic.Sanh.* cap. 11. S.29. ששת אלפים שנה הוי עלמא שני אלפים תוהו שני אלפים תורה שני אלפים ימות המשיח ובעוונותינו שרבו יצאו מהם מה׳ שיצאו *Sex mille annos durat mundus. Bis mille annis inanitas erit & vastitas. Bis item mille annis lex. Denique bis mille annis dies Christi. At verò propter peccata nostra multa abierunt ex his, qui abierunt,* id est, propter peccata tempus Messiæ est protractum. Unde & ingenua τȣ̃ *Raf* cap. eod.S.31.confessio: כלו כל הקיצין ואין הדבר תלוי אלא בתשובה ובמעשים טובים *Elapsi sunt omnes termini, & res non pendet nisi à resipiscentia & bonis operibus.* Quamvis autem diris & execrationibus Judæorum Magistri omnes illos, qui deinceps in Messiæ adventum curiosiùs inquisiverunt, hâc formulâ: תפח רוחן של מחשבי קצין *rumpatur spiritus eorum, qui fines, seu tempora, venturi Messiæ supputant*; devoverint; nunquam tamen defuerunt, qui Messiam jam natum esse larga concesserunt

runt manu. Qua de re *Buxt.* Synag.jud. c.36.p.442. *Zach.*4.v.7. per הָאֶבֶן הָרֹאשָׁה *lapidem capitalem, Chald.* Meſſiam intelligit: וִיגַלֵּי יַת מְשִׁיחֵיהּ דַּאֲמִיר שְׁמֵיהּ מִלְּקַדְמִין וְיִשְׁלוֹט בְּכָל מַלְכְוָתָא *Et revelabit Meſſiam, cujus nomen ab æterno dictum eſt, & dominabitur in omnia regna.* Cujus nomen ab æterno dictum eſt,&c. Phraſin hanc de Meſſia à Paraphr.alibi etiam,ſed vereor ne ſenſu judaico, perverſo & ἀθεολόγῳ, uſurpari reperias, præſertim *Mich.*5.v.2 ubi verba: וּמוֹצָאֹתָיו מִקֶּדֶם מִימֵי עוֹלָם *Chal.* דִּי שְׁמֵיהּ אֲמִיר מִלְּקַדְמִין מִיוֹמֵי עָלְמָא *cujus nomen dictum eſt ab æterno, à diebus Seculi. Zach.* 10.v.4. pro מִמֶּנּוּ פִנָּה מִמֶּנּוּ יָתֵד *ab ipſo angulus, ab ipſo clavus*; *Chald.* vertit, מִנֵּיהּ מַלְכֵּיהּ מִנֵּיהּ מְשִׁיחֵיהּ *ab ipſo Rex ejus, ab ipſo Meſſias ejus.*

E. *Miracula.* Thaumaturgum Meſſiam fore non ſemel obſervârunt Paraphraſtæ. *Mich.*5.v.18. Ego autem in Domino exultabo,&c. *Targum.* בְּכֵן עַל נִסַּיָּא וּפֻרְקָנָא דְּתַעְבֵּד לִמְשִׁיחָךְ *Itaque propter ſigna miraculoſa, & redemtionem, quam facies*

Meſsiæ tuo,&c. Eadem Paraphraſt. *Pſal.* 18.v.32. Ita etiam *Majm.* Cod. Sanhed. ויעברהו כל הארצות לצדקו הגדול ולנפלאות שיהיו על ידו *Et ſervient illi omnes terræ, propter juſtitiam ejus magnam, & miracula, quæ fient per manum ejus.* Alibi tamen cap. penult. מלכים *Maj.* fusè diſputat, nulla à Meſſia prodigia eſſe expectanda aut miracula. Locus, quia conditionem Meſſiæ ex Judæorum mente deſcribit, ſic habet: ואל יעלה על דעתך שהמלך המשיח צריך לעשות אותות ומופתים אין הדבר כן שהרי רבי עקיבה חכם גדול מחכמי משנה היה והוא היה נושא כליו של בן כוזיבא המלך והוא היה אומר עליו שהוא המלך המשיח ודמה הוא ועל חכמי דורו שהוא המלך המשיח עד שנהרג בעונות כיון שנהרג נודע להם שאינו ולא שאלו ממנו חכמים לא אות ולא מופת ועיקר הדברים ככה הן שהתורה הזאת חוקיה ומשפטיה לעולם ולעולמי עולמים ואין מוסיפין עליהן ולא גורעין מהן ואם יעמוד מלך מבית דוד הוגה בתורה ועוסק במצות כדוד אביו כפי תורה שבכתב ושבעל פה ויכוף כל ישראל לילך בה ולחזק בדקה וילחם מלחמות ה׳ הרי זה בחזקת שהוא משיח אם עשה והצליח ובנה מקדש במקומו וקבץ נדחי ישראל הרי זה משיח

משיח מראי ויתקן את העולם כולו לעבוד את יי׳ ביחד i.e. *Non est quod cogites, Regi Meßiæ opus futurum, ut signa & prodigia edat: res non sic habet, siquidem R. Aquiba, unus é sapientibus Mischnæ præcipuis, qui armiger fuit Ben Cosiba Regis, dixerit, quòd fuerit hic Rex Meßias. Putavit enim & ille, & omnes sapientes generationis ejus, quòd fuerit Meßias, usque dum in iniquitate fuit occisus. Cùm enim occideretur, res manifesta evasit, quòd non fuerit Meßias, nec petierunt ab eo sapientes ullum signum. Fundamentum autem hujus rei ita se habet, quòd Lex, quam habemus, cum omnibus statutis & judiciis suis in omnem æternitatem durat, quibus nec adjicitur, nec admittitur quicquam. Quòd si ergò surgat Rex é domo Davidis, qui meditatur in Lege, & studet in præceptis, sicut David pater ejus, juxta Legem* ἔγγραφον *&* ἄγραφον, *& inclinabit universum Israelem, ut in eadem ambulent, & stabiliant eam, & præliabitur prælia Domini; hic manifestus erit Meßias; si nempe prosperos succeßus habeat, & ædificet sanctuarium in loco suo, & congreget dispersos*

Iſraëlis, hic, inquam, indubitatus eſt Meßias: Et præparabit orbem univerſum, ut ſerviat Domino unanimiter, &c. Ipſi verò *Judæi* quam ſibi tempore Meſſiæ felicitatem polliceantur, ſcribit *Idem* capite ſequenti: לא נתאוו החכמים והנביאים ימות המשיח לא כדי שישלטו על כל העולם ולא כדי שירדו בכותיים ולא כדי שינשאו אותם העמים ולא כדי לאכול ולשתות ולשמוח אלא כדי שיהיו פנויין בתורה וחכמתה ולא יהיה להם נוגש ומבטל כדי שיזכו לחיי העולם הבא כמו שביארנו בהלכות תשובה ובאותו הזמן לא יהיה שם לא רעב ולא מלחמה ולא קנאה ותחרות שהטובה תהיה מושפעת הרבה וכל המעדנים המצוין כעפר ולא יהיה עסק כל העולם אלא לדעת אתיי׳ בלבד ולפיכך יהיו חכמים גדולים ויודעים דברים הסתומים וישיגו דעת בוראם כפי כוח האדם שנאמר כי מלאה הארץ דעת את יי׳ כמים לים מכסים i.e. *Non deſiderant ſapientes & Prophetæ dies Meßiæ ideo, ut dominentur univerſo Mundo, neque ut imperent Chutæis* (Chriſtianis) *neque ut Gentes ipſos extollant, neque etiam ut edant & bibant* (hæc enim, ut ſcribit R. *Samuel Jatzo* in Eſther. p. 44. *ſtultorum* הכסילים opinio eſt) *ſed ut exer-*

exercitati ſint in Lege ejusdémque ſtudio (idem *Jatzo* ajt, hunc eſſe finem adventus Meſſiæ, ut mortales liberet מהסכלות הקניני וההעדרי *à ſtultitia poſitiva & privativa) & quòd non futurus ſit qui eos vexet, & interturbet, ut promereri poſſint vitam futuri Seculi, quemadmodum declaravimus in Tractatu de pœnitentia. Illo etiam tempore non amplius erit fames, nec bellum, nec invidia, nec contentio, propterea quòd benignitas copiosè deſuper influat, & omne genus deliciarum invenietur in pulvere, nec univerſus Mundus aliud ſtudebit, quàm ut Dominum Deum agnoſcat: ideóque ſapientiâ excellent, notitiáque rerum abſconditarum, & aſſequentur notitiam Creatoris ſui in tantum, quantum hominis facultas feret, juxta id quod dicitur:* Terra repleta erit cognitione Domini, ut aquæ maris alveum cooperiunt. Plura de ſtatu Meſſiæ, & variis circa illum Judæorum conflictibus ſcripſit *Guil. Vorſt.* Not. ad *Abarb.* de Capit. Fidei ad cap. 14. quo Judæus non tantùm eorum defendit ſententiam, qui Meſſiæ adventum pro fidei articulo;

ſed & *Hillelis* dicto ex Capite חלק *Non habent Iſraëlitæ Meßiam, quia jam potiti ſunt temporibus Ezechiæ*, ridiculum affingit ſenſum. *Revera*, inquit, *intentio ejus eſt, duos eſſe terminos adventus Meßiæ. Primum tempus eſt* אפשרות poſſibilitas *vel* contingentia *adventus ejus, videl. cùm meriti fuerint Iſraëlitæ, ac fecerint pœnitentiam coram Deo, quia tunc valde maturabit opus ſuum, atque antevertet adventum ſuum. Secundus terminus eſt* חיוב neceſſitas *adventus ejus, tempore iſto apud Deum, etiamſi Iſraëlitæ non fuerint purgati, aut egerint pœnitentiam, quia nihil dari poteſt, quod finem determinatum ac notum apud Deum poßit morari, &c.*

Huc tandem illa etiam faciunt loca, in quibus Deus Pater filium, propter Mediatoris οἰκονομίαν, *Servum* ſuum vocat; quæ *Chaldæus* Paraphraſtes nomine Meſſiæ exprimit, ut *a. Jeſ.* c. 42. v. 1. הא עבדי משיחא אקרבניה בחירי דאתרעי ביה מימרי אתן רוחא דקודשי עלוהי דיני לעמים יגלי *Ecce ſervus meus, Meßias, cui appropinquabo, electus meus, in quo acquieſcit verbum meum,*

(id

(id eſt, acquieſco ego; ita enim hanc apud Chaldæos ſæpe Phraſin uſurpandam, docet *Hakſp.* Not. ad Lipm. p. 367.) *dabo Spiritũ ſanctitatis meæ ſuper ipſum, judicium meum gentibus ille revelabit.* b. *Jeſ.* 43. v. 10. אַתּוּן סָהֲדִין קֳדָמַי אֲמַר יְיָ וְעַבְדִּי מְשִׁיחָא דְּאִתְרְעֵיתִי בֵּיהּ בְּדִיל דְּתִדְעוּן וּתְהֵימְנוּן קֳדָמַי וְתִסְתַּכְּלוּן אֲרֵי אֲנָא הוּא דְּמִלְּקַדְמִין אַף עָלְמֵי עָלְמַיָּא דִּילִי אִנּוּן וּבַר מִנִּי לֵית אֱלָהּ *Vos teſtes coram me eritis, dicit Dominus, & ſervus meus Meßias, in quo acquievi* (ἐν ᾧ εὐδόκησα) *ut cognoſcatis, & credatis mihi & intelligatis, quòd ego ſim ab æterno, & ſecula ſeculorum mea ſint, quódque præter me non ſit Deus.* *Jeſ.* 52. v. 13. הָא יַצְלַח עַבְדִּי מְשִׁיחָא יְרוּם וְיִסְגֵּי וְיִתְקוֹף לַחֲדָא *Ecce proſperabitur ſervus meus Meßias, exaltabitur, augeſcet, fortitudine pollebit pariter.* Vide etiam cap. 53. v. 10. quo uno ſe maximè Veteris Teſtamenti Evangeliſtam probavit Jeſajas. Judæi tamen recentiores in tam illuſtri vaticinio pervertendo pertinaces ſunt; quibus oppone veteres Talmudiſtas, imò ipſum etiam Jarchium, de quibus *Conſt. L'Emp.* Notis in Abarb. ad hoc Cap. p. 52. & deinc.

APPENDIX II.
SEU
SPECIMEN SYRIACUM.

Quàm fuerit ſuperiori Seculo Syriaca lectio incerta, ex variis Novi Teſtamenti editionibus facilè eſt colligere. Alii Hebraica præcepta ſequuntur ut *Tremellius*, in quo non modò; præter Syrorum conſuetudinem; Patach furtivum ubiq; reperias, Dages forte ſeu geminans; ſed & formativum Futuri Jod, & alia, quæ Syris planè ſunt ignota. *Alii*, rigidè nimis recentiorum Syrorum authoritatem urgent, & à regulis eorum ne latum quidem unguem recedunt. Hi pleroſque noſtræ ætatis Linguæ Syriacæ ſtudioſos in ſua jam caſtra pertraxerunt. Media nobis videtur via tutiſſima, quam in ipſa aliquoties Grammatica vindicavimus. Ejus geminum nunc dabimus ſpecimen, alterum quidem punctatum; alterum verò ſtudioſorum relinquemus induſtriæ ſuis ornandum apicibus. Cùm enim Sy-

rorum

rorum libri punctis, ut plurimùm, destituantur vocalibus, in ipso statim limine voces, ex flexionis & formationis analogia, suis vestire discent accidentibus Linguæ hujus studiosi. Sit speciminis loco insigne illud *Apocalypseos* Caput, quod ordine XXI. est & tum verborum copia, tum anomaliarum variorùmque accidentium Lexico-grammaticorum ubertate comendatur. Sic autem illud habet:

וחזית שמיא חדתא וארעא חדתא הו גיר קדמיא
שמיא וארעא קדמיתא אזלו וימא לא איתוהי תוב
2 ולמדינתא הי קדישתא אורשלם חדתא חזית
כד נחתא מן שמיא מן אלהא כד מטיבא איך
כלתא מצבתתא לגברא דילה . 3 ושמעת קלא
רבא מן שמיא דאמר הא משכנא דאלהא עם
בנינשא ושרא עמהון הנון עמא דילה נהוון והו
אלהא עמהון נהוא להון אלהא 4. ותופא כל
דמעתא מן עינא דילהון ומותא לא נהוא תוב ולא
אבלא ולא קעתא ולא כאבא לא נהוא תוב מטל
דקדמיתא עברין . 5 ואמר הו דיתב על תרונוס והא
לכלהין חדתתא עבד אנא ואמר כתוב מטל דהלין
מלא מהימנתא ושרירתא דאלהא איתיהין
6. ואמר לי הוית אנא אלף ותו רישא ושולמא
אנא להו דצהא אתל מן מעינא דמיא חיא מגן

7 הו דזכא נארת הלין ואהוא לה אלהא והו
נהוא ברא דילי 8. לדחולתנא דין ולא מהימנא
וחטיא ומסיבא וקטולא ומזניא וחרשא ופלחי
פתכרא וכלחון דגלא מנתא דילהון בימתא הי
דיקדא בנורא וכבריתא הי דאיתיה מותא הו
תנינא 9. ואתא חד מן הלין שבעא מלאכא הנון
דאית להון הנין שבע פילאס הלין דמלין מן שבע
מחותא הנין אחריתא ומלל עמי כד אמר תא
אחוא לך לכלתא חי אנתתה דהו אמרא
10. ואובלני ברוחא על טורא רבא ורמא וחוי לי
למדינתא הי קדישתא אורשלם כד נחתא מן
שמיא מן אלהא 11. כד אית לה תשבוחתא
דאלהא איך נהירא דזלגא דרמא לכאפא סגי
מיקרתא איך כאפא איספון דדמיא לקרוסטלוס
12. דאית לה שורא רבא ורמא דאית לה תרעא
תרעסר ושמהא דכתיבין עליהון הלין דאיתיהון
שמהא דתרתעסרא שרבתא דבני איסראיל 13. מן
מדנחא תרעא תלתא ומן גרביא תרעא תלתא
14. ולשורא דמדינתא דאית לה שתאסא
תרתעסרא ועליהון תרעסר שמהא דתרעסר
שליחוהי דהו אמרא 15. והו דממלל הוא עמי
אית-הוא לה משוחתא קניא דדהבא איכנא
דנמשחיה למדינתא ולתרעא דילה ולשורה
16. והי מדינתא טטראגנום סימא ואורכא דילה
כמא דאף פתיא ומשחה למדינתא בקניא על
תרעסר

תרעסר אסטדותא דתרעסר אלפיא ואורכא
ופתיא ורומא דילה שויא איתיהון 17. ומשח
לשורא דילה מאה וארבעין וארבע משוחתא
דאמא דברנשא הי דאיתיה דמלאכא
18. ודומסיותא דשורא דילה איספים והי מדינתא
דדהבא דכיא דדמא לזגוגיתא דכיתא 19. והנין
שתאסא דשורא דמדינתא כד בכל כאפא מיקרא
מצבתן שתאסתא הי קדמיתא איספים הי תרינתא
סתפירוס הי תליתיתא כלידון הי רביעיתא
סמרגדא 20. הי חמישיתא סרדונכוס הי
שתיתיתא סארידון הי שביעיתא כרסותלוס הי
תמיניתא ברולא הי תשיעיתא טופדיון הי
עסיריתא כרסופסיוס הי חדעסריתא הואי קינטום
הי תרתעסריתא אמותסטוס 21. והנון תרתעס
רא מרגניתא חדא חדא מן כל חדא מן תרעא חד
מן חדא מרגניתא ושוקא פתיא דמדינתא דהבא
דכיא איך זגוגיתא דמזלגא 22. והיכלא לא
חזית בה הו גיר מריא הו אחיד כל היכלא דילה
איתוהי והו אמרא 23. והי מדינתא לא אית לה
סונקנא דשמשא ולא דסהרא איכנא דננהרון
לה הי גר תשבוחתא דאלהא אנהרתה ושרגא
דילה הו אמרא 24. ונהלכון עממא ביד נוהרא
דילה הו ומלכא דארעא כד מיתין תשבוחתא
דילהון ואיקרא דעממא בה ותרעא דילה לא
נתתחדון באיממא לליא גיר לא אית תמן

26. וניתון

26. וְנִיתּוּן לְתֶשְׁבּוּחְתָּא וְלְאִיקָרָא דְעַמְמֵא בָּהּ

27. וְלָא נֶעוֹל לָהּ כֻּל מְסִיבָא וְדָעֵבֵר טַמאוּתָא וְדַכְתִיבִין בְּכְתָבָא דְחַיֵא דְהֵו אֶמְרָא׃

Versionem,quia *κατὰ πόδα* ferè Græco contextui respondet,brevitatis studio omittimus. Analysis Grammatica vivæ reservari potest institutioni,vel privatæ cujuslibet industriæ,quam tum in difficilioribus, tum in iis etiam, quorum in Linguæ hujus studio crebrior est usus, juvare poterunt sequentes Notæ seu observationes.

NOTÆ V. 1. שְׁמַיָא *Cæli)* Est nomen tritum satis & ubique obvium,quod modò Singulariter sumitur,modò Pluraliter,& tum pluralitatis notam i.e.duos supernè positos apices possidet.

חדתא *Novi)* Otiari volunt Syri ד in pronunciatione, sicut in voce עֲדתָא itto, *Ecclesia*: quod,ut multa alia,Syri cum Arabibus habent commune. Constat enim Tesdid Euphonicum commune, Deltale,adscribi ת post ד,quod Euphoniæ causa perit, sequentisque literæ ת potesta-

tem

tem obtinet;ut הִמַּרְתֶּם hamattum, *laudâstis*, וְגַּרְתּ vagiatto, *inveni*.

וְאַרְעָא *Et terra)* Non וְאַרְעָא. Olaph enim initio dictionis suam semper vocalem transfert in literam servilem, quæ regulariter habere debet Scheva, quod Olaph nunquam ante se patitur, ne quidem in literis Radicalibus. Unde v. 2. דְאֵמַר pro דְאֵמַר v. 5. וְאֵמַר pro וְאֵמַר Sic pro שְׁאֵל vide *Grammat*. p. 67. Non tantùm ὅλην τὴν οἰκουμένην, sed *quamvis* notat *regionem*. *Isa, bar Ali*, in Lex. Syr. Arab. Msc. אַרְעָא רַחוּילָא vertit *Arab*. בלאד אלהנדי *Regio Indica*. אַרְעָא דְכַבּוּל *Syr*. explicat כאב לי בה *Terra Cabul*, id est, *terra dolorifica*, in qua dolorem patior, velque molesta mihi est. Fit ejus mentio 1. *Reg*. 9. 13. quo nomine salsuginosam veteres Judæi & infrugiferam intelligunt terram, in quam Solomon Tyrios deliciis solutos & ignaviæ assuetos pertrahere voluisse creditur. Vide *Trem*. & *Vatab*. in hunc locum. Epit. Rad. *Buxtorf*. *Greg*. *Greg*. Lex. Sanct. pag. 162. *Fuller*. Miscel. lib. 5. c. 16.

וְיִמָּא

וְיַמָּא *Et mare)* vox יַמָּא non *mare* tantùm significat magnum, sed & *lacum*, planè ut apud Hebræos יָם & Græcos θάλασσα. יַמַּת verò, quod in Constr. habet יַמְתָּא de *minori* tantùm aquarum *alveo*, cujusmodi est *lacus*, *stagnum*, *piscina*, dicitur.

Vers. 2. מְדִינְתָּא *Urbs)* Legunt *Medito*, delitescente נ. sicut in שַׁנְתָּא *annus* זְבַנְתָּא *vice*, זְבִינְתָּא *redemta*, סְפִינְתָּא *navis*. R. דָּן *judicavit*. Unde מְדִינְתָּא propriè significat *territorium*, *regionem*, quæ judicio Magistratus paret Gricht und Gebiet; Synecd. ad quamlibet *urbem* refertur.

אוּרִשְׁלֶם *Jerusalem)* Hebræi, terminatione alia, יְרוּשָׁלַיִם vocant; sed Syri, quos sequuntur Chaldæi & Græci, terminationem habent *e*. De hac voce ejusque Etymo scribit *Isa*, *bar Ali*, אורשלם הוא חזוא דשינא ושלמא או נוהרא ושלמא והי חברון והי שליםם והי בית מקדשא והי צהיון Urischlem *est viso tranquillitatis & quietis*; *aut lux & pax*. *Estq́*, *Hebron*, *quæ & Schalem*, *& Domus Sanctuarii*, *& Zion*.

מַשְׁכְּנָא *Tabernaculum)* Unde vox composita

posita מַשְׁכְּנְזְבְנָא Hebr. אֹהֶל מוֹעֵד *Tentorium conventus*, quod *Isa, bar Ali* Arabicè ita reddit: הו אלבירת אלדי כאן פידה מצרב אלזמאן כאן מע בני אסראיל יעקל *Est domus, in qua erat tabernaculum temporis, quod cum filiis Israël migrabat.* At מַשְׁכְּנָא est *pignus.* Unde verbum quadriliterum מַשְׁכֵּן Arab. ירזק יעטי *dedit, largitus est*; Et nomen מַשְׁכְּנְנוּתָא *Pignus, auxilium, strena.*

בְּנֵינָשָׁא *Filii hominum*, id est, *homines)* Usitatissimam apud Orientales Periphrasin facit vox בַּר *filium*, & בְּרַתָּא *filiam* significans. Videamus hac vice exempla Syriaca ex *Isa, bar Ali.* 1. *Singularia Masculina*, בַּר גּוֹרָא *filius adulterinus*, Arabicè ולד זני Hurenkind. בַּר גֶּנְסָא *filius prosapiæ, patritius*, Arab. מנאנס. בַּר רַעְמָא *filius tonitru*, אתכני יוחנן מן הי דרעם בתאולגיא *Epitheton Johannis, propterea quòd tonitrua* (i.e. ut Arabicè explicatur כלאמה ישבה אלרעד *vocem similem tonitru*) *ederet in Theologia.* בַּר אִגָּרָא *Filius tecti*: Sic vocatur malignus & inquietus ille spiritus, qui tectis delectatur, eoque Lunaticos

seu

ſeu Noctambulones abripit. Qui verò ingrato hoc hoſpite vexatur, *Matth*. 4. v. 24. דְּבַר אֲגָרָא *qui filius tecti eſt*, dicitur. Vide Not. *Lud. de Dieu*. Huc referunt viri eruditi formulam בַּר שַׁעְתֵּהּ quod *filium horæ* ille exponit: eodem ferè ſenſu, quo Kikajon dicitur *filius noctis*. Sed quid ſi dicamus בר hoc loco ſignificare *ex* vel *extra*, ut Hebr. reſpondent מִיַּד Latinorum *è veſtigio, ex tempore*? Ita ſanè, modò בר absque ל. hoc ſenſu occurreret. *Fæmin*. בַּרת קָלָא (*bath* enim in Regimine legitur, quod in abſoluto habet בַּרְתָּא) *filia vocis*, de qua videatur *Theſ. Phil*. p. 15. Reddit tamen *Iſa, bar Ali* ſimpliciter; צות אללסאן ואללפטה *vox linguæ & pronunciationis*. *Plur. Maſc. Conſtructa* בְּנֵינָשָׁא *filii hominum*, i.e. homines. בְּנֵי אַתְרָא *filii loci, incolæ*; Arab. אלבלדיון. בְּנֵי גְנְסָא *filii familiæ*; Arab. אלקראבה אלעשירה *propinqui, agnati*. בְּנֵי פָּתוּרָא *filii menſæ*, *commenſales*. בְּנֵי יְרְתוּתָא *filii hæreditatis*, id eſt, hæredes. בְּנֵי תַרְעִיתָא Arab. אהל אלראי עלי אלמתפקין אלראי *filii rationis, cogitationis, conſilii*.

Qui

Qui rationem ſequuntur,aut conſiliarii. Verti etiam poſſunt *Theoretici,Speculativi.* בְּנַי חֲטָא *filii peccati*,i.e.peccatores. בְּנַי דֶכְרֵא *filii arietum*,i.e.arietes. בְּנַי דִיצָא *filii arietum vel hircorum montanorum*; ſic enim Arabs reddit כבאש אלגבל. Occurrit aliàs vox דיצא etiam apud Chald. *Deuter.* c.14.v.5. quod *caprea, Pygargus* verti ſolet. *Iſa,bar Ali* explicat אלועל והו תיס אלגבל וכבש אלגבל *hircum*, vel *arietem montanum.* בְּנַי קְיָמָא *filii fœderis*, i.e.confœderati. Eleganter Arab. אהל אלעהד ואלמיתאק: בְּנַי רְגֶשׁ idem quod בְּנַי רַעְמָא *filii tonitru*: quod Græcè *Marci* 3.v.17. legitur βοανὲρ-γὲς,levi mutatione, pro βοναιργὲς,ut fusè diſputat *Lud.de Dieu* ad hunc locum.

Verſ. 4. תֻוּפֵא *Delebitur ; abſtergetur)* Fut.Conjug.Aph.ſemel adhuc,quod ſciam,occurrit in N.T. *Jacobi* c.4.v.14. *Iſa, bar Ali* Participium citat מֻופַב, & Arab. reddit ינפר ינקץ יפנא quod, pro diverſa punctorum ratione, vel activè dari poteſt, *delebit, deſtruet,abolebit*; vel paſſivè, *abolebitur*,&c. Radix Syris eſt inuſitata.

Reduci poteſt ad Hebræorum יְפֶה à quo tamen ſignificatione δὶς διὰ πασῶν diſtat.

Verſ. 5. תְרָנוֹס Græcè θρόνος) Habet Syriaca Lingua inde ab Alexandri Magni temporibus, ut veriſimile eſt, plurima intertexta vocabula Græca. Aſſertioni huic abundè fidem faciat vel hoc unum caput, in quo lapidum pretioſorum nomina Græcis omnia exprimuntur verbis. Sed operę pretium erit, pleraque vocabula Syro-Græca ordine Alphabetico inſerere. Sunt autem ſequentia : אגונא ἀγὼν, אגורסא ἀγρὸς, אוכריסטיא εὐχαριστία, אונגליון εὐαγγέλιον, אורקלידון εὐροκλύδων, אכדנא ἔχιδνα. אבלוס ὄχλος, אכסניא ξένος. אלא ἀλλὰ, אננקא ἀνάγκη, אנתופטוס αὐθύπατος, אסוטותא ἀσωτία, אסטדיון στάδιον, אסטוא στοὰ, אסטויקו στωικοὶ, אסטכסא στοιχεῖα, אסטלא στολὴ, אסטומכא στόμαχος, אסתסים στάσις, אסטרטיא στρατιὰ, אסטרטיותא στρατιώτης, אסטרניא στῆνος, אסכולא σχολὴ, אסכימא σχῆμα, אספוגא σπόγγος, אספס Ἀσπὶς, אספירא σπυρὶς, אסטירא στατὴρ, אפיטרופא ἐπίτροπος, אפסניתא ὀψώνια, אפיסקופא ἐπίσκοπος, אפיקורוס ἐπίκουρος,

ρος , ארכוס ἀρχὴ , ארמנן ἀρτέμων : בולוטי
βυλευτὴς, בים βῆμα, בורסיא βυρσεὺς : גיר γῦ,
δι̃ , דיתיקא διαθήκη , הגמונא ἡγεμὼν,
הגמנותא ἡγεμωνία , הדיותא ἰδιώτης , הלס ἑλ-
λὰς, הרומא ἀρώματα, הרמיס ἑρμῆς, הרסיותא
αἵρεσις, זטמא ζήτημα, זיזנא ζιζάνια, טכסא τά-
ξις , כור χώρα , בירוטוניא χειροτονία , בילירכא
χιλιάρχης , בימונא χειμὼν, כלמים χλαμὺς,
לוכיתא λόγχη , ליטרא λίτρα, למינא λιμὴν;
מורון μύρον, מקלון μάκελλον, מרגניתא μαργα-
ρίτης, מתרא μέτρον, נווגא ναυαγία, נומי νομὴ,
נוסא ναοὶ , סבסטי σεβαστή , סדונא σινδὼν,
ספירא אספירא σπεῖρα, עלוי ἀλωὴ, פרגלא φρά-
γελλον, פרהסיא παῤῥησία, פרטורין πραιτώρι-
ον , קוברניטא κυβερνίτης , קבותא κιβωτὸς,
קטיגרנותא κατηγορία , קלידא κλεῖδες ,
קינדונוס κίνδυνος, קנטרונא Centurio, קפלאון
κεφάλαιον , קופינין κόφινοι , קוריא χῶρος,
קארסא καιρὸς , רהבונא ἀῤῥαβὼν , רדהטרא ῥή-
τωρ. Plura habet Lexicon *Isa, bar Ali*, quæ afferre per angustiam chartæ non licet. Quam verò mutationem ejusmodi voces patiantur Syrorum civitate donatæ, docet *Lud. Ded.* Append. Gramm. de Nominibus peregrinis.

מַיָא חַיָא *aquæ vitæ)* מַיָא בְחִירָא *Aquæ exploratoriæ. Isa, bar Ali,* Arab. sic explicat:
מא אצפר והו מא אלמחנה כאן בנו אסראיל
ימתחנון אלאמראה אדא שכוא פי סבלהא כאן
יסקוהא מנה איאם פאן כאנת קד זנת אנתפח
בטנהא ואן כאנת בריה לם יציבהא מנה שי
Aqua flava, i.e. *aqua explorationis. Israëlitæ exploraturi mulierem, de cujus viis dubitabant, potum præbebant aliquot dies: quod si fornicata fuit, intumuit; inde venter ejus; si autem innocens fuit, nihil mali passa est.* Vide *Anal.* nostra p. 108. מַיָא גְנִיבָא *Aquæ furtivæ,* sic Syri appellant זַניוּתָא וְגַורָא *scortationem & adulterium.*

Vers. 8. דַחוּלְתָנָא *Timidi)* Rad. דְחַל *timuit.* Unde דַחְלָא *vanus timor, Numen falsum. Isa, bar Ali* דחלתא סריקתא *Vana Numina.* Arab. אעתקראת רדיה ואצנאם *Falsa religio* (unde & Græcorum δεισιδαιμονία respondet *Act.* 25. v. 19.) *Idola.* דחולתנותא *Timor.* Arab. כוף רהבה. Contrà, דחיל *terribilis,* Arab. אלמהיב אלמרהוב.

מְהַימְנָא *fideles)* Rad. אמן Aphel הַימֵן *credidit,* unde מהימנא de qua voce *Isa, bar Ali;*

Ali; מהימנא לתרין זניא מתפשק או למסרסא או לשרירא Mehaimno *duobus modis ſumitur*; *aut de Eunucho intelligitur, aut de fideli*. Vide *Matth*.19. 12. מהימנתא Arab. אלאמראה אל נקיה *Mulier fidelis*. Differunt מהימן לה & מהימן בה illud *Iſa, bar Ali* Arab. reddit יצרקה *Verificat illum, fidem ei conciliat*; hoc, *credit in illum*.

פָּלְחֵי פְּתַכְרָא *Cultores Idolorum*) פְּלַח Eſt *colere, ſervire, opus facere*. Synonymum eſt סְעַר. Generaliùs eſſe volunt עֲבַד quod ſimpliciter ſit *facere*, ita ut hæc duo diſtincta non minùs ſint, quàm Græcorum ποιεῖν & ἐργάζεσθαι: Vide *Ludov. de Dieu Matth*.20.v.12. Unde & *Iſa, bar Ali* נעבר ſimpliciter reddit יעמל. פתכרא idem ſignificat quod פַּתְכוּמְרִין *Idola*, *Imagines*. Unde aliquoties in N.T. Syri ipſa hæc Apocalypſeos phraſis occurrit. Vide 1.*Cor*. 5.v.11. 1.*Cor*.10.v.4. Dictio aut peregrina aut de errore ſuſpecta, ſcribit *Buxt*. in Lex. Tal. Quid ſi originem quæramus apud Arabes, quibus פתכר *rem miram* denotat & *magnam*, qualis in oculis & men-

tibus Gentilium fuerunt Idola, magnificis proinde ſemper & ſplendidis nominibus honorata. Ita ergò Chaldæi, Nabatæi, Arabes, aliique vicini ſua primùm appellârunt Numina vel omnia, vel quædam tantùm, ut *Kimchius* exiſtimat, & Chaldæi pro *Malco* aut *Milcom* in Prophetis reddunt; Poſtea verò Judæi, argumentis locorum aliquot *Deut.* 7. v. 26. cap. 12. 3. quæ odium Idolorum imperant, docuerunt, שחיב האדם לשקץ ע״ז להזכירה בלשון גנאי אם היה שמה בית גליא שהוא לשון גובה קורין אותו בית כריא שהוא לשון עומק ופו *quòd teneatur homo deteſtari Idola, nominando ea ignominiosè, ut ſi fuerit nomen Eccleſiæ alicujus* בית גליא Domus excelſa, *nominent eam* בית כריא domum humilem. Alii explicant *haram, domum porcorum*, quaſi eſſet Græcorum χοῖρος: Vide Lex. *Buxt.* Talm. p. 1087. Unde omnia Gentilium Idola, quin & Chriſtianorum ſacra, hac lege fuerunt vexata. Exempla plura habet *Buxt.* loco citato; & *Graſſer.* in Daniel. p. 317. Quibus

